f) frangere i. q. scindere, dein constituere (ut פָּרַץ et alia synn.). Iob. XXXVIII, 10: וְאֲשַׁבֵּר עֲלֵיךְ חָקִי וְאֲשַׁבֵּר עֲלֵיךְ חָקִי quum ei (mari) terminum constituerem. Sed Cocceius locutionem חָקִי שִׁבְרָה חָקִי repetitam censet a fractione pensis panis quotidiani, quae poët. translata sit ad spatium mari assignatum, quod enim tum de penso dicitur, tum de spatio et termino, quod alicui rei attribuitur: atque hoc praefero. Kimchi confert locutionem חָקִי שִׁבְרָה חָקִי his verbis usus: כלומר כרחי בריה וגורתי עליו חקי שלא יעברנו ונאמר שבירה בענין הזה כמו נאמר כרחי בבריה Schult. in animadverss. accessit arab. فَغَرَ spithama mensus est, sed in comment. ipse dubitat an recte.

II) denom. a פָּרַץ no. II annona, a) annonom emit, addito פָּרַץ Gen. XLVII, 14, אָבַל XLII, 7. 10. XLIII,

שַׁבָּת chald. verbum in Peal vix usitatum (nam quod Ps. LXXX, 12 Targ. ed. Venet., Bibl. Polygl. Lond. et ipsa Bibl. Rabbin. Buxt. habent שְׁבִיבֵיטָה, id eodem Buxtorfio auctore, Lex. talm. col. 2321, scribendam est שָׁבֵיטָה). In Pael autem est: implicuit, perplexum reddidit, perturbavit, nec non seduxit, persnasit pro hebr. שָׁבַח Jer. XX, 7 et in Talm. Tr. Joma fol. 84, b. Nedarim fol. 89, 2. Inde שַׁבְיָטין propagines, palmites, ab implicatione dicti. Nasor. מַשְׁבֵּיטָה vel מַשְׁבָּה et samar.

שַׁבָּת id. Ex syriacis hic pertinent יִשְׁבֵּיטָה permistio, confusio, מַשְׁבָּח palmes, et מַשְׁבֵּיטָה blanditiæ, a persuadendo. Adde arab. שֹׁשֵׁב perturbavit, V pass. (quod verbum, quamquam Firuzbadio minus probatum, frequens est, maxime in scriptis recentioribus). — Quod attinet ad etymon, b. Gesenius supra p. 1354 et 1356 שַׁבָּת recte quidem compositum cum שָׁבַט et שָׁבַב, sed nescio an et illud et haec prodierint ex quadril. שַׁבְבָּה frondit, pr. produxit frondes implicatas et intricatas, ut שָׁבֵיטָה Ps. LXXX, 12 Targ., samar. שַׁבְבָּה rami, palmites pro hebr. שֹׁבֵב Lev. XXIII, 40, ut chald. שְׁבִיבֵיטָה et syr. מַשְׁבֵּיטָה Lev. XXIII, 40, ut chald. שְׁבִיבֵיטָה et syr. מַשְׁבֵּיטָה virga viscata Mischna Schabb. 8, 2. cf. Mich. Sachsii Beiträge zur Sprach- u. Alterthumsforschung I. Berol. 1852. p. 84. Eodemmodo chald.

שַׁבָּב, et syr. מַשְׁבֵּב (perturbavit, ut etiam arab. مَشَبَّسَ) ex quadril. שְׁבִיבֵיטָה ortum est, cf. שָׁבֵיטָה quod ex שָׁבֵיטָה contractum dixeris, et radd. שְׁבִיבֵיטָה. De huiusmodi radicibus subtiliter disseruit Dietrichius in Abhandlungen für semit. Wortforschung p. 262 sqq.

Ithpa. perplexus, perturbatus fuit. Part. pl. מַשְׁבֵּיטָיִן Dan. V, 9.

שַׁבַּת verb. intr., fut. שֹׁבֵבֵיטָה (שֹׁבֵבֵיטָה), rarius שָׁבֵיטָה Lev. XXVI, 34. Neh. VI, 3, propr. fixus fuit (ut arab. سَبَّط, cogn. vide supra s. שָׁבַט, adde יִשָּׁבַט שְׁמִיטָה et שְׁמִיטָה, fortasse arab. شَيْت adhaesit, affixus fuit *)), hinc

- 1) quievit, otatus est, feriatus est. (Chald. et samar. שָׁבֵיטָה id., syr. Aph. أَسَبَّط id. [Peal Castellus affert e loco Iob. III, 25, ubi מַבְּטָה legitur, non מַבְּטָה], arab. سَبَّط quievit, dormivit, IV se non commovit, inf. שְׁבִיבֵיטָה quies, somnus Cor. 7, 8, 9. Harir. p. 518 ed. Sacy.) Exod. XXIII, 12: *per sex dies (heptomadis) opus tuum facies, septimo autem die תָּשַׁבֵּת feriabere.* XXXIV, 21.

Jes. XXXIII, 8: *feriatur viator i. e. abstinet ab itinere faciendo propter turbas bellicias.* XIV, 4. — Sq. qui quievit et otium sibi fecit a labore. Gen. II, 2, 3: *שָׁבַת מִכָּל עֲמָלָאֵהוּ* quievit s. cessavit ab omni opere suo quod fecerat. Exod. XXXI, 17 eodem verborum contextu legitur *שָׁבַת מִכָּל עֲמָלָאֵהוּ*. Item Thren. V, 14: *שָׁבַת מִכָּל עֲמָלָאֵהוּ* *senes feriantur a porta i. e. portam (forum) non frequentant.* — Sed *feriari* dicitur etiam terra, quae deserta iacet et non colitur Lev. XXVI, 34. 35. 2 Par. XXXVI, 21. (In his locis Samar. quidem et Syrus eodem verbo utuntur, et apud Bar Alium apogr. Gotting. est haec glossa: *أَسَبَّطَ* اسبتت الإرض استراحت, sed Onk. Pseudojon. et Saad. alia ponunt. LXX *απαββαίεν*). Cf. Lev. XXV, 2 et infra שָׁבַט no. 3.

2) cessavit, vel ad tempus quoddam intermissus fuit, de negotio Nchem. VI, 3, de dierum et noctium successione Gen. VIII, 22, vel prozsu *desiit, finem habuit* (aufhören), ut litigatio Prov. XXII, 10, gaudium Jes. XXIV, 8 (parall. הָיָה). Thren. V, 15, *Mannae donum Jos. V, 12.* Item sq. בָּן e. inf. *desiit* facere aliquid vel esse, ut Jer. XXXI, 36: *בְּנֵי עַמְּיָהוּ בְּנֵי עֵץ מִסָּבַב* *populus Iob. XXXII, 1: בְּנֵי עַמְּיָהוּ* *et desierunt respondere.* Hos. VII, 4 (vid. s. יָרָה p. 1019).

3) Spec. celebravit sabbatum vel absol. Exod. XVI, 30, vel adiecta voce שַׁבַּת Lev. XXIII, 32, et de terra, quae ut septimo quoque anno inculta iaceret, lege sancitum erat, ibid. XXV, 36: ubi LXX *ἀναπαύσεται ἡ γῆ ἀββῆτα*. — De *αββῆτα* Samaritani utuntur suo אֲבֵיטָ Carm. sam. I, 6, 9, Arabes inpr. ubi de Iudaeorum sabbato loquantur *سَبَّط* Cor. 7, 163, et *أَسَبَّط* apud Saad. Exod. XX, 10. Carm. sam. I, 9 (ubi legitur *أَسَبَّط*), Aeth. አሰባተ: sabbatum celebravit, unde አሰባተ: in hodierna lingua amharica de commoratione per quoddam temporis intervallum facta usurpatur, vid. Isenbergi lex. amhar. p. 58, cf. *سَبَّط, سَبَّط, سَبَّط* temporis spatium.

Niph. שְׁבִיבֵיטָה *finem habuit* Jes. XVII, 3. Ezech. VI, 6. XXX, 18. XXXIII, 28. Cf. Kal no. 2.

Hiph. שֹׁבֵבֵיטָה, 2 sing. מִשְׁבֵּיטָה, 1 sing. הַשְׁבֵּיטָה, inf. שְׁבִיבֵיטָה (פרוּ שְׁבִיבֵיטָה) Amos VIII, 4, 1) *fecit ut aliquis quiesceret ab opere, otium concessit alicui* sq. acc. pers. et eff. operis Exod. V, 5, *quatum reddidit i. e. compescuit hostem* Ps. VIII, 3.

2) *effecit ut cessaret vel desineret facere aliquid* sq. acc. p. et בָּן e. inf. Ez. XXXIV, 10: *וְהָיָה עַמְּיָהוּ וְהָיָה עַמְּיָהוּ* *et efficiam ut desinat pascere.* XVI, 4: *וְהָיָה עַמְּיָהוּ* *et faciam ut desinas esse meretrix* (i. q. הָיָה עַמְּיָהוּ), id.

* Quod I. Morinus in opusce, et Castellus in lex. heptaglot samaritanum שָׁבַט ponendi significatu affertur ex Gen. XXX, 40. id errore nititur; nam illud pertinet ad שְׁבִיטָה. Vid. rad. שְׁבִיטָה.

sq. לְבַלְתִּי et infin. Jos. XXII, 25. De loco Ps. LXXXIX, 45 vid. s. שָׁבָה p. 544. — Porro

3) de rebus dicitur: *fecit ut cessaret res vel finem haberet* sq. acc. rei, ut negotium 2 Par. XVI, 5. Neh. IV, 5, sacrificium Dan. IX, 27, exultatio Hos. II, 13. Jes. XVI, 10. Jer. XVI, 9, contentio Prov. XVIII, 18, bellum Ps. XLVI, 10, imperium Hos. I, 4, strepitus cantionum Ez. XXVI, 13, fastus Jes. XIII, 11, tumultus Ez. XXX, 10, gemitus Jes. XXI, 2. — Lev. II, 15: *נִשְׁבַּח לֹא תִשְׁבַּח בְּנִיבָה* .. *נִשְׁבַּח לֹא תִשְׁבַּח אֲבֵסֶה salem a ferro tuo i. e. ne unquam sal desit in ferro.* Ruth IV, 14: *אֲשֶׁר לֹא הָיְתָה בְּךָ גְּאֻלָּה* (Deus) *qui tibi vindicem deesse non passus est.*

4) *amovit, abstulit*, synon. הִסִּיר, sq. acc. pers. vel rei et plerumque adiecto בְּיָן loci. Ex. XII, 15: *הַשְּׂבִיבִים שָׂאֵר אֲמֹרֵיכֶם מִדֹּמֵיכֶם* *amovebitis fermentum c. domibus vestris.* Lev. XXVI, 6. 2 Reg. XXIII, 5. 11. Jes. XXX, 11. Jer. VII, 34. XXXVI, 29. XLVIII, 33. Ez. VII, 25. XXIII, 27. 48. XXX, 15. Ps. CIX, 119. Sq. acc. rei et הָיְתָה pers. *abstulit alicui aliquid* Jer. XLVIII, 35. — Quum ex locis מִדֹּם excitatis nonnulli *perdendi delendive* significatum admittunt, tum hi potissimum qui sequantur, Amos. VIII, 4, ubi de perdendis pauperibus, et Deut. XXXII, 26, ubi de memoria alicuius delenda vel abolenda agitur. Cf. מְשָׁבָה.

שָׁבָה *quies, cessatio*, hinc *interpellatio operis* (Unterbrechung, Versäumniss). Ex. XXI, 19: si quis alterum vulneraverit ita ut a quaestu faciendo prohibeatur, הָיָה שָׁבָה, *praestet ipsi cessationem* i. e. compenset ei damnum, quod patitur, dum lecto affixus et vulnere impeditus ab opere faciundo cessat. LXX τῆς ἀργίας ἀπὸ τοῦ ἀπολαύει. Philo de special. legibus T. II. p. 317 ed. Mang.: *εἰς ἀργίας ἐπαρόσθωσαν.* Cf. Talm. tr. Gittin 42, b. — Caeteri autem loci, quos huc referunt lexicographi multi et S. S. interpretes, mihi quidem nonnulli dubitationis habere videntur, quippe in quibus שָׁבָה potius a v. שָׁבָה quam a v. שָׁבָה ducendum putarim, quamvis significatio non multum diversa. Etenim Jes. XXX, 7 שָׁבָה est *sedere* ut deses et otiosus solet qui nil agit. Cf. Jer. VIII, 14 et arab. *سجد عن شئ*. Ex eadem locutione arabica explicari potest Prov. XX, 3: *בְּרִיבָה שָׁבָה אֲבִינָה אֲרִיבָה*. Neque obstant loci XVIII, 18 et XXII, 10; nam illic poeta non vult cessandum esse a rixa, sed prorsus abstinendum. Porro Ps. XXVII, 4 *שָׁבָה בְּבֵית יְהוָה* sine dubio est *sedere*, commorari et quasi domicilium habere in templo Dei. Cf. Ps. LXXXIV, 5. Minus certum videtur, Ps. CXXVII, 2 שָׁבָה, utrum sint *protrahentes sessionem* i. e. qui in multam noctem sedent laboriosi, an ii *qui differunt otium* sero ab opere cessantes. Unus denique superest locus 2 Sam. XXIII, 7 de quo b. Gesenius egit supra s. יִשְׁבָּה p. 636, probans Dav. Kimchi sententiam, quam Tanchum.

Hieros. quoque tuetur in comm. ed. Haarbruecker. p. 6, שָׁבָה exponens *مبتدأ* *مبتدأ* loco suo *nativo*. Non assimilia Ewaldi est sententia, qui loci significationem statuit veritatem: *illico [auf der Stelle], sogleich* (Poet. Bücher I, 100, cf. Gesch. des Volks Israel I, p. 88 ed. 2). Contra ad rad. שָׁבָה referunt Simonis et Datbuis (in fine, tandem), et Thenius ad h. l. („ohne Verzug, eigentlich im Aufhören“). Interneconem intelligunt R. Jona ap. Kimichum, Levi ben Gerson, pivocantes ad הַשְּׂבִיבָה et הַשְּׂבִיבָה.

שָׁבָה st. constr. שָׁבָה, c. suff. שָׁבָה Jes. LXVI, 23, שָׁבָה Hos. II, 13, שָׁבָה Lev. XXIII, 32, plur. שָׁבָה st. constr. שָׁבָה, c. suff. שָׁבָה Ex. XXXI, 13 al., שָׁבָה שָׁבָה Lev. XXVI, 35, שָׁבָה שָׁבָה ib. XXVI, 34, plerumque fem. (Ex. XXXI, 14. Lev. XVI, 31. XXIII, 15. 16. XXV, 6 cf. Jer. XVII, 24 Kethib), rarius masc. (Jes. LVI, 2. 6; ad Lev. XXV, 4 cf. ib. vs. 5 et 6)

1) *sabbatum* i. e. *dies hebdomadis cuiusque septimus* (a vespera diei Veneris ad vesperam diei Saturni, Lev. XXIII, 32. Neh. XIII, 19), quo Judaeis ab opere faciundo prorsus abstinendum erat ex lege Ex. XX, 8—11 lata et saepius deinceps inculcata Deut. V, 12—15. Exod. XXXI, 12—17. XXXV, 2. 3. Reputabatur is dies sacer (שָׁבָה Ex. XXXI, 14) et festus (Lev. XXIII, 3) vocaturque signum quoddam (אָתָּה) constitutum in memoriam foederis conservandam, quod Deo intercederet cum populo Israelitico (Ex. XXXI, 13. 16. 17. Ezech. XX, 12. 20). Quem diem qui profanarent, ii occidendi erant (Ex. XXXI, 14. 15. XXXV, 2) et quidem lapidibus obruendi (Num. XV, 32—36), contra heandi qui religiose observarent (Jes. LVIII, 13. 14). Sabbati institutum Ex. XX, 11. XXXI, 17 ad ipsam mundi creationem revocatur, qua sex dierum spatio perfecta Deus cessavit ab opere die septimo eumque diem sacrum voluit esse (Gen. II, 3 *); in lege autem repetita Deut. V, 15 tempus illud in memoriam vocatur, quo Hebraei Aegyptiorum servitute exempti summam Dei gratiam experti sint. Utraque ratione sabbati celebrandi morem avitum et priscum eundemque sacrosanctum esse significatur. Observatam legem testantur loci Ex. XVI, 22 sqq. Am. VIII, 5. Jes. I, 13. 2 Reg. IV, 23, neglectam queruntur Jeremias XVII, 19 sqq. et Ezech. XX, 13 sqq. XXII, 8, 26; severe inculcat eandem Nehemias c. XIII. — Saepe dicitur *יום השַׁבָּת* *dies sabbati* Exod. XX, 8. 12. Num. XV, 32. XXVIII, 9. Jer. XVII, 21. 22. 24. 27. Ez. XLVI, 1. 4. 12. Neh. X, 32 al. (etiam Ex. XVI, 29 in text. samar. pro *יְשֻׁבֵי* *יום השַׁבָּת* *quoque sabbato*, et eodem sensu 1 Par. IX, 32 שָׁבָה, ubi שָׁבָה forma brevior comparet propter aretam verborum structuram, ut Num. XXVIII, 10, v. Norzi ad h. l. et Kimchi Michol fol. 171 (ed. Fuerth. 1793. 8). De observando sancteque

* Hoc aemulantur Muhammadani, diem Veneris *يوم الجمعة* nomine appellari autumantes, quia Deus eo die creationem coeli et terrae compleverit (جمع). Vid. Golius ad Alfeg. p. 15, Mas'udi ex transt. Sprengeri, vol. I. p. 45.

colendo sabbato utuntur vv. קָדַשׁ וְשַׁבָּת, de eius profanatione הַיּוֹם הַזֶּה q. v., item אֲחֵרֵיכֶם הַשַּׁבָּתוֹת *peragere diem sabbati* Deut. V, 15 (cf. Ex. XII, 48. Num. IX, 10 et *novis τὸ ἀδελφείον* apud LXX sec. Ald. et Compl. 1 Sam. XVII, 18). De phrasi הַשַּׁבָּתוֹת וְהַיּוֹם הַזֶּה vide supra p. 185 et 614.

Talmudistarum de die sabbati statuta et distinctiones subtiles v. in Talm. tract. Schabbath, Othonis lex. rabb. p. 603 sqq. Hulsii theol. jud. I, 240. Praeterea vid. inprimis Wineri Realwb. v. Sabbath, Baehrii Symbolik d. mos. Cultus II, 532 sqq. 566. 577 sqq. et ab his duumviris laudata scripta aliorum; cf. Ewald. in Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenl. III. p. 428.

2) Sabbatum speciatim vocatur *dies magnus piacularis* Lev. XXIII, 32. שַׁבָּתוֹן קָדַשׁ.

3) Porro *sabbati* nomen transfertur etiam in *annum quemque septimum*, quo agri cultu vacabant et quasi sabbatum agebant (*Sabbathjahr*). Dicitur enim Lev. XXV, 2: לַיהוָה שָׁבָת הָאָרֶץ שָׁבָת לַיהוָה, it. vs. 4: *septimo quoque anno sabbatum magnum erit terrae* שַׁבָּת לַיהוָה *sabbatum Deo sacrum*. Cf. ibid. vs. 6 et XXVI, 34. 43. 2 Par. XXXVI, 21, et infra s. שַׁבָּתוֹן.

4) Denique *sabbatum* fere pro ipsa *septimana* ponitur nonnunquam. Lev. XXIII, 15 post legem de paschate latum sic pergit auctor: *et numerabitis a die illa postridie sabbatum . . . שִׁבְעַת שַׁבָּתוֹת תִּמְנוּנוֹת תִּמְנִינָהן* *septem sabbata integra fient*, 16: *usque ad diem postridie sabbatum septimum numerabitis quinquaginta dies*, ubi septem sabbata integra congruunt cum septem hebdomadibus וְשִׁבְעַת שַׁבָּתוֹת בְּשִׁבְעַת יָמֵי הַשַּׁבָּתוֹת, 17: *et numerabis septem sabbata annorum* (= sieben Jahrwochen, i. e.) *septies septem annos*. Cf. usum chald., syr., samar., aethiop., graecum infra exhibendum, et arab. سَابْتَانَا septimana, a die Veneris يَوْمَ الْجُمُعَةِ dicta.

Formam voc. שַׁבָּת nonnulli, ut Ibn Esra ad Ex. XVI, 23, Kimchi in Michlol p. 171 ed. Fuenh., al. contractam putant ex שַׁבָּתָה pr. הַשַּׁבָּתָה pr. אֲחַת, אֲחַת אֲחַת. adde קָשָׁת vel קָשָׁת pr. קָשָׁתָה Jos. XIX, 15, provocantque tum ad femin. genus, quo plerumque occurrit, tum ad formas pronomine auctas וְשַׁבָּתָה (v. supra), in quibus n. geminatum. Sed simplex n. habes in plur. שַׁבָּתוֹת, et contra duplicem litteram in שַׁבָּתוֹתָה אֲחַת al. Miramur quidem in forma קָשָׁתָה significationem abstractam, quae alias femininis propria est, ut שַׁבָּתָה incusiva, שַׁבָּתָה peccatum, שַׁבָּתָה petitio; attamen conferre licet אֲכָרָה abstinentiae votum. — In lingua chald. habes שַׁבְתָּה, emph. שַׁבְתָּה vel שַׁבְתָּה, nonnullis שַׁבְתָּה, sabbati et hebdomadis significatione, e. g. הַשַּׁבְתָּה שִׁבְעַת יָמֵי הַשַּׁבְתָּה septem dies septimanae, הַשַּׁבְתָּה primus hebdomadis dies i. e. dies Solis (i. q. *μία τῶν σαββάτων* I. c. XXIV, 1 al.), item per synecopem dicitur שַׁבְתָּה sabbatum. Syriac. سَابْتَانَا et سَابْتَانَا sabbatum, septimana, sam. ܫܒܬܐܢܐ et ܫܒܬܐܢܐ id., syr. سَابْتَانَا

dies Solis, سَابْتَانَا 2 dies Lunae etc., arab. سَبْت sabbatum, بَوْمَ السَّبْتِ dies Saturni, melit. *sybt* dies Saturni, sabbatun (quod Vassall. lex. melit. p. 509 male confundit cum *sybt* سَبْت). Aeth. et amhar. ስብስብ: sabbatum tam Judaeorum (sabb. antiquum appellatum), quam Christianorum, utrumque enim Christianis habesimis celebratur; it. septimana. Graece dicitur τὸ ἀδελφείον et plur. τὰ ἀδελφεία.

שַׁבָּתוֹן (nonnisi in Pentateuchi libris Exod. et Lev. legitur) nomen abstr. *celebratio sabbati, sollemnia sabbatica*, σαββατισμός, de festi tabernaculorum die primo itemque octavo Lev. XXIII, 39, de festo buccinarum calendis mensis septimi (Tisri) celebrato, quod sabbati loco habebatur Lev. XXIII, 24. Cf. Num. XXIX, 1. Plerumque autem iunctim legitur שַׁבָּתוֹן tum de sabbato singulorum hebdomadam Ex. XXXI, 15. XXXV, 2. 3. Lev. XXIII, 3 (et eadem sententia שַׁבָּתוֹן שַׁבָּתוֹתָה Ex. XVI, 23), tum de die magno piaculari Lev. XVI, 31. XXIII, 32 (qui et simpliciter שַׁבָּת vocatur), tum de anno sabbatico Lev. XXV, 4 (i. q. שַׁבָּתוֹן שַׁבָּתוֹן ib. vs. 5 et שַׁבָּתוֹן שַׁבָּתוֹן vs. 6).

שַׁבָּתוֹן (i. e. sec. Gesen. sabbato natus, ut Paschalis i. q. paschate natus, Numerius; sec. Simon. = שַׁבָּתוֹן sabbatum Domini; apud Rabbinos est nomen Saturni planetae) n. pr. viri Levitae Esr. X, 15. Neh. VIII, 7. XI, 16. Inter Judaeos recentiores hoc nomen haud infrequens est, notus inprimis Schabbethai auctor operis Siphete jeschenim, vid. Wolf. bibl. hebr. nr. 1920—33.

שַׁבָּתוֹן in plur. tantum c. suff. שַׁבְתָּה legitur Thren. I, 7, *delectiones, casus adversi*. Cf. V, 14. 15 et Hiph. no. 4.

שָׁנָג erravit, deliquit, i. q. שָׁנָג et שָׁנָג q. v.

שָׁנָג (errans) n. pr. m. 1 Par. XI, 34.

שָׁנָגָה *sa. leg.* in plur. שְׁנִיאוֹת *errores, peccata per imprudenciam commissa* Ps. XIX, 13 (parall. הַשְׁנִיאוֹת). Cf. שָׁנָג infra s. שָׁנָג.

שָׁנָג i. q. שָׁנָג, שָׁנָג, שָׁנָג 1) *erravit, aberravit a via, v. שָׁנָג*. — 2) *errorem commisit, per imprudenciam deliquit, culpam commisit* inconsiderate vel ex incogitantia (cuiusmodi peccata involuntaria vocantur a dogmaticis, unwissentliche und Uebereilungs-Sünden). Lev. V, 18: *et expiabit sacerdos . . . שָׁנָג הָרֹאֵל לֹא יָדַע* *errorem quem inscius quidem ille commisit*. Num. XV, 28. Opp. הִירִיר Mischl. Baba kama 2, 6. Rabb. שָׁנָג per errorem, ans Verschen. Latiore *peccandi sensu* dictum est Ps. CXIX, 67, nec non in lectione proverbiali שָׁנָג וְשָׁנָג i. e. *errans seductus et in errorem* Minimum minimum 2

seducens Iob. XII, 16, qua omnis generis homines et ii quidem errori peccatoque obnoxii significantur. Similia vid. sub שִׁגְיוֹן p. 1008 et sub עָוֶן p. 1004, quibus adde hoc dictum: *הַנָּשׂוּם רְגָלָיו מְחַטְּרִים וּמְחַטְּרִים מִמֶּנּוּ* i. e. homines alterutrius generis sunt sive caventes ab aliis sive tales a quibus cavetur, Freytag. Arabum prov. III, 1. p. 521, Nigaristan auct. Ibn Kamāl sub init. (MS. Berol.):

خداوندی که بر بنده و آزان عبادتش واجب است
Deus cuius veneratio servo aequae ac libero incumbit, cf. Masūdi hist. encyclop. anglie vers. a Sprengero I. p. 360, et quae Fleischerus meus mecum communicavit: *المُسْمِعُ وَالسَّامِعُ* Har. p. 121, *كَلَّمَ مَعُوذًا* ib. p. 299, *وَالشَّاهِدُ وَالْمَشْهُودُ عَلَيْهِ* ib. p. 312, quod ille

Sacyum meminit exponere: „les temoins et les partis, c'est-à-dire, tout le monde“. — Ad hanc rad. pertinet *שִׁגְיָם* *propter lapsum s. delicta eorum* Gen. VI, 3, ubi שִׁגְיָם est infin. Kal formae שִׁגְיָה a v. שִׁגְיָה Jer. V, 26 et שִׁגְיָה a v. שִׁגְיָה Jes. XLV, 1. Male veteres in tpp. nuperque Boettcher (de inferis I. 1. p. 37) illud *שִׁגְיָם* compositum putarunt ex שִׁגְיָה et שִׁגְיָה = שִׁגְיָה (Onk.

שִׁגְיָה, Raschi בשביל שִׁגְיָה, Saad. الأتيم, Ar. Erp. *سُغِي* LXX. *διὰ τὸ εἶναι αἰσῶδες*, Venet. *ἐπ' οἷς ἔπιπεσθαι*, Cler. *ctenim*, al. *quippe qui etiam* etc.). Repugnat huic opinioni שִׁגְיָה pro שִׁגְיָה scriptum, שִׁגְיָה nusquam lectum in Pentateucho, et sententia quae sic efficitur minus comoda. J. F. Berndius in singulari de hoc voc. exercitatione (Hal. 1732. 4.). Male ad Pi. verbi שִׁגְיָה refert incondite. V. Rosenm. ad h. l. — (Radicebus שִׁגְיָה, שִׁגְיָה, שִׁגְיָה tum *pungendi*, tum *sciendendi*, *fundendi* et *rumpendi* vis inest, quae in stirpibus inde oriundis varias species induit, e. g. שִׁגְיָה, שִׁגְיָה fudit [cf. hebr. שִׁגְיָה et שִׁגְיָה],

שִׁגְיָה transfixit hasta, dubitavit [pr. fissus fuit, animum distractum et vagantem habuit], שִׁגְיָה allatim fluxit aqua

vel sanguis mactati animalis, pr. prorupit, ماء شگجاء aqua vehementer prorumpens e nubibus Cor. 78, 14. Harir. pag. 340 ed. Sacy. שִׁגְיָה et שִׁגְיָה [quod omisit Freytag.] prorupit dens, שִׁגְיָה fissus fuit. *Errandi* autem

et *vagandi* significatio vel a mente quasi puncta et pereita ideoque errabunda, vel a secundo profecta est, siquidem regionem secare et quasi scindere idem est ac pervagari eam. Sic שִׁגְיָה fudit, permeavit terram, melit. *schekk* [שִׁגְיָה] vagari, *schekhik* [שִׁגְיָה] vagabundus, Vassalli lex. p. 635, שִׁגְיָה fudit, traiecit desertum, ut جاب قطع al. cf. שִׁגְיָה supra p. 1114. Displacent Schultens. ad Harir. VI. p. 237,

et Herbst. coniect. etymol. p. 72, quorum prior errationem ducit ab implicatione viae, alter a vibratione et trepidatione. Cf. שִׁגְיָה.)

שִׁגְיָה f. *error, delictum imprudenter commissum* vel omnino *levius delictum* (Irrung, Versehen) Ecel. V, 5. Num. XV, 25. (LXX *ἀνοσίστον, ἄγνοια*, Venet. *ἀνοσίστον, ἐπιληθιστόν*.) שִׁגְיָה *error* *admisit* Lev. V, 18. שִׁגְיָה *per errorem* vel *imprudentiam* Lev. IV, 22. XXII, 14. (LXX *ἀνοσίστολος*, in tp. samar. שִׁגְיָה.) שִׁגְיָה *qui occidit aliquem per imprudentiam* Num. XXXV, 11, 15. Jos. XX, 3. 9. Opp. פִּירָה רַחֵם *mauu sublata* i. e. vi adhibita Num. XV, 30, cf. vs. 29. שִׁגְיָה *peccavit per imprudentiam* Lev. IV, 2. 27. V, 15. Lege locum Num. XV, 24—29 integrum.

שִׁגְיָה n. pr. f. compositum v. sub שִׁגְיָה p. 10.

שִׁגְיָה i. q. שִׁגְיָה 1) *erravit, oberravit*, de grege

Ez. XXXIV, 6. Sq. שִׁגְיָה *aberravit* a via (vid. syr. infra) et metaph. a praeceptis divinis Prov. XIX, 27. Ps. CXIX, 21. 118. (Chald. שִׁגְיָה id. et defecit, desideratus fuit, nasor. defecit, syr. שִׁגְיָה aberravit tum a via tum a veritate Assem. bibl. or. III, 268, b. l. 2. Ephr. III, 25, de mente errabunda Barhebr. p. 598. l. 3 inf., שִׁגְיָה aberratio, aeth. *ሰገሳ* *vagatus fuit, oberravit* Ps. CVII, 4. Gen. XXXVII, 15. Ex. XIV, 3.) Vid. שִׁגְיָה. — 2) mente errabunda *titubavit* ex vino e. g. שִׁגְיָה et שִׁגְיָה Prov. XX, 1. Jes. XXVIII, 7 ter (parall. שִׁגְיָה), porro de homine, qui percitus amore est licito et coniugali non minus quam incesto (ausschweiften) Prov. V, 19, 20, denique de eo qui se dementia et omni temeritate abripi patitur (in Thorheit dahintaumeln) ib. vs. 23. Cf. שִׁגְיָה. — 3) *deliquit, peccavit* per incoegitantiam (cf. שִׁגְיָה) 1 Sam. XXV, 21. Iob. VI, 24. XIX, 4. Ez. XLV, 20.

Hiph. fecit ut erraret caecus in via Dent. XXVII, 18. Metaph. *fecit vel sivit ut aberraret* a praeceptis divinis sq. שִׁגְיָה Ps. CXIX, 10, *seduxit* Prov. XXVIII, 10. Iob. XII, 16 (de quo loco v. שִׁגְיָה).

שִׁגְיָה m. (formae שִׁגְיָה, שִׁגְיָה) *hymnus*, vel potius *dithyrambus*, oden erraticam dixeris cum Tarnovio et Geiero, carminis genus quod inventione, dictione et numeris a sueta ratione discedit audaeisque decurrit (Ewald.: Taumellied). Hoc tanquam titulo inscriptus est Psalmus VII vs. 1. Praeterea legitur Habac. III, 1: שִׁגְיָה *ad modum carminum dithyrambicorum*. Veteres in tpp. plerique in *erroris* significatu his locis prorsus inepto acquieverunt, ut Aquila, Symm., Quinta editio, Theodotio (apud quem pro *ἑσθρασιούχος* leg. *ἄνοσι.*), Chald. in Hab., vel instrumentum musicum, vel cautionis modorumque genus quoddam incertum intellexerunt, ut multi Rabbinii, inter hos Tanchum. Hieros. ad Hab. l. c. pag. 48 ed. Almk., vel *oden* interpretati sunt sive

obiter id agentes sive cum Wallio (excurs. III. ad Habac.) provocantes ad syr. **شَفَعْتُمُ** hymnus, cantilena (Barhebr. carm. ed. Lengerk. P. II. p. 3. Lex. Adl. = **شَفَعْتُمُ لِحْنِ مَدْحِ تَرْنِيمِ**), Pa. eccinit i. Sam.

XXI, 12 (pr. hebr. **שָׁנָה**, Arabs syriacum vertit **عَنَى**); hoc autem proprie est magnificare, laudare, pertinetque ad **שָׁנָה**, non ad **שָׁנָה**. Recentiores nonnulli, ut Rosenmullerus, Hitzig, Maurer, de Wettius, Lee, *carmen lugubre et elegiacum* dixere adscito arab. **شَاجِي** anxius,

moestus fuit (propr. pungi e. g. osse in gutture haerente), **شَاجَا** res angens, os in gutture haerens, moeror. Cf. **شَاجَا**. Denique in re controversa asserre liceat arab.

شَاجَا i. q. exhilaravit, et **شَاجِي** suavis (propr. ni fallor, pungens animum) de cantu et musica, v. c. Ps. CL, 5 ed. Rom.: **صَوَاتٌ نَجِيَّةٌ**, **صَوَاتٌ شَاجِيَّةٌ** **الصَوَاتِ**

de harmonia sphaerarum Shabrastan. ed. Cureton. p. 278. l. 5. cf. p. 297. l. 5. Cf. Ellius Boethor dictionn. franç.-arabe s. v. harmonieux. Hinc **شَاجِي** cantum suavem exponere possis: sed dubito, nam hic usus arabicus tum rarior tum recentior videtur esse.

مְשָׁנָה m. error (Irrthum, Versehen) Gen. XLIII, 12.

שָׁנָה in Kal inusit. *vidit, prospectavit* i. q. **שָׁנָה**, **שָׁנָה** a secundo, findendo (vid. **שָׁנָה**) et discernendo, ut **שָׁנָה** et **שָׁנָה** (quod de mea quidem sententia pertinet ad **שָׁנָה**, **שָׁנָה**, **שָׁנָה** et cum his primam habet significationem findendi).

Hiph. **שָׁנָה** *prospectavit* e loco alto ad id quod infra est sq. **שָׁנָה** et **שָׁנָה** Ps. XXXIII, 14 (de Deo, qui e caelesti sede prospectat in incolas terrae). Cant. II, 9: **שָׁנָה** **שָׁנָה** **שָׁנָה** *spectat a fenestris* i. e. intro spectat per fenestras ad amicum quae intus est in domo. Quomodo differat a verbo **שָׁנָה**, apparet e loco Jes. XIV, 16: **שָׁנָה** **שָׁנָה** **שָׁנָה** *qui te conspiciunt, in te spectant, te contemplantur et oculis perlustrant*. **שָׁנָה** **שָׁנָה**. Praeter hos tres locos in V. T. non legitur. Rabbini autem hoc v. saepe cit. attendere ad aliquid, curare, respicere, et providere, ubi de providentia divina (**שָׁנָה**) loquuntur. Vid. Buxtorf. lex. talm. p. 2326. Chald. Aph. **שָׁנָה** i. q. hebr.

שָׁנָה *vitiavit, compressit* feminum, sq. acc. p. Dent. XXVIII, 30. (Futurum non **שָׁנָה**, quod expectes, statutum esse, sed **שָׁנָה**, quod, etsi non nego, ex forma **שָׁנָה** tamen cogi non potest, siquidem signa vocalia pertinent ad Keri **שָׁנָה**). Ubique enim pro hoc verbo,

quod nonnihil obscenitatis habuisse videtur, Masorethae decori quodam studio ducti substituerunt et margini adscripserunt verbum **שָׁנָה** (concurrere cum femina), Niph. **שָׁנָה** et Pu. **שָׁנָה**. Similia in aliis quoque tetraerunt (v. radd. **שָׁנָה** et **שָׁנָה**), de quibus exposuit Bochart. Hieroz. II, pag. 576 ed. Lips., Lud. Cappellus crit. sac. libr. III. c. 6. Vetus hoc erat honestatis studium inter Judaeos, nec defuit apud Samaritanos, quippe qui in Pentateucho suo Deut. I. c. pro **שָׁנָה** reposerunt **שָׁנָה**. Ceterum mirum accidit, quod solum verbum **שָׁנָה** Masorethas offendit, non item nomen **שָׁנָה**, quod intactum reliquerunt. — Quod attinet ad etymon, iam video multis placere Franc. Tsepregi sententiam in Diss. Lugdon. I. p. 166 sqq. expositam, qui arabicum **شَاجِل** (aquam hansit situla) in rem veneram trahi contendit, quanquam quae afferit exempla ad caedem vel liberalitatem pertinent. Rad. **شَاجِل** primum significat laxum et pendulum (vid. ad **שָׁנָה**), dein tumidum et turgidum, tum liberam dimissionem et effusionem aquae. **شَاجِل** laxitas (Kam.), **شَاجِيل** et **شَاجِل**

turgidum et amplum (uber), **شَاجِل** uber magnum, et situla (cf. **שָׁנָה** a rad. **שָׁנָה**), **شَاجِل** dimissus, permissus,

شَاجِل effudit aquam. Obscenum usum Arabes habent in coni. II, quae sec. Kam. (Gol. Cast. Freyt. id neglexerunt) est i. q. **شَاجِل** penem crexit s. turgidum fecit. Sint haec nostro **שָׁנָה** contigua; mihi tamen **שָׁנָה** propius ad **שָׁנָה** et **שָׁנָה** videtur accedere et significare *gravidationem*; sic **شَاجِل** gravida fuit femina, melit. *takkal* i. e.

שָׁנָה gravidam fecit. Cf. **שָׁנָה** ventrosus fuit, **שָׁנָה** inivit feminam.)

Niph. **שָׁנָה** *vitiata, compressa est* mulier Jes. XIII, 16. Zach. XIV, 2.

Pu. id. Jer. III, 2.

שָׁנָה f. conivx, spec. *uxor regia, regina* Ps. XLV, 10. Neh. II, 6. (Jud. V, 30 in fine commatis nonnulli **שָׁנָה** ex conjectura poni volunt pro **שָׁנָה** q. v.). Recte Talmudici statuunt tr. Rosch haschana fol. 4, a: **שָׁנָה** **שָׁנָה**. Apud eosdem **שָׁנָה** reginae sunt tr. Sanhedr. fol. 95, b. Similiter engl. *queen* (regina) originis feminam significabat.

שָׁנָה vel **שָׁנָה** chald. f. id. Plur. c. suff. **שָׁנָה** (al. **שָׁנָה**) Dan. V, 2. 3. 23, ubique et hoc de uxoribus regis usque diversis a **שָׁנָה** pellicibus, quae iuxta illas commemorantur.

שָׁנָה in Kal inusit., arab. **شَجَع** strenuus, fortis, acer fuit in pugna, **شَجَع** strenuus, fortis, **شَجَع** furibundus (de camelis). Originem quacro in punctione (cf. **שָׁנָה**), ut

nuntur *ris et iniuria* Hab. I, 3. Jer. VI, 7. XX, 8. Ezech. XLV, 9, metonym. de opibus vi et iniuria partis Amos. III, 10. Porro iunguntur שְׂדֵה וָשִׂבֶר *vastatio et destructio* Jes. LIX, 7. LX, 18. LI, 19. Jer. XLVIII, 3. Genitivus verbo שְׂדֵה appositus aut cum notat qui vim facit aut eum qui patitur (v. Gramm. hebr. §. 112, 2), ut *ris et iniuria impiorum* i. e. ea quam impii faciunt Prov. XXI, 7, contra קָטִינים שְׂדֵה *iniuria, quam miseri patiuntur* Psalm. XII, 6. Jes. XXII, 4. *ris animalibus facta* Hab. II, 17. Hinc alicubi שְׂדֵה est *pernicies, calamitas* Iob. V, 21, 22. Joel. I, 15: שְׂדֵה בְּשַׂר־יָבִיא *et calamitas vel violenta tempestas ab Omnipotente missa advenit* (illa dies). Jes. XIII, 6. Imprecantis est Hos. VII, 13: שְׂדֵה קִהַם *exitium sit illis, percant* — Aliud שְׂדֵה i. q. *pattur* *mamma* v. s. rad. שֶׂדֶה.

שְׂדֵה pl. שְׂדֵהִים f., vocabulum satis obscurum, in uno loco legitur Eecl. II, 8 ubi Salomo vix (inde a versu quarto) ita sermocinatur: *Magnifica opera feci, aedificavi mihi domos, plantavi vineas, praeparavi mihi hortos et paradisos, in quibus varias arbores plantare fructiferas; feci aquae receptacula, quibus nemus irrigaretur arboribus consitum; cum servos et ancillas, sunt mihi vernae, nec non greges maximi; congessi argentum et aurum, regias divitias; comparavi mihi cantores et cantrices, et humani generis delicias* שְׂדֵהִים וְשִׁדְוִיִּם. His ultimis verbis post tam longam bonorum enumerationem cum exquisitissimum aliquod deliciarum genus indicare vult aut in universum deliciarum abundantiam et varietatem. Ac plurimi quidem explanatores ad primum illud convenerunt, quaquam in definienda re inter se valde discrepant.

a) Pars interpretum verba illa ad symposia regis pertinere putantes vel

α) *vasa potoria* intelligunt (cf. aram. שְׂדָה, מִן cf-fundere, masor. שְׂדָה hydia, et potiorum Salomonis mentionem factam 1 Reg. X, 21. 2 Par. IX, 20), Aquila: *κλιμαύον και κλιμαύα*. Vulg.: scyphos et urceos in ministerio ad vina fundenda, — vel

β) *ocillatores, LXX* (forte pronuntiantes וְשִׁדְוִיִּם): *οἰνοχόων και οἰνοχόας*, Syr. *ܘܫܕܘܘܢܐܘܟܘܟܘܟܘܢܐܘܟܘܟܘܢܐܘܟܘܟܘܢܐ*, Hieron.: *ministros vini et ministras*, et Arabs graeca secutus.

b) Chaldaeus intp. paene solus habet *balnea* (רִיבֻסִיא) i. e. *δρυμοσια* adiecta explicatione: siphones aquas effludentes (ab eodem v. שְׂדֵה).

c) Alii *musica instrumenta* cogitant, coll. arab. شَدَا cecinit carmen. Sic Dav. Kimchi, Lutherus („allerlei Saitenspiel“), Drusius, Mercerus, Clericus, Geierus, Struensee („vortreffliche Concerte“), Nachtigal. *Cantiones* volebant Bochartus (Hieroz. III, p. 850 ed. Lips.), J. Simonis al. Conventus musicos fortasse etiam Gr. Venet. (συστημα και οσπιμια) indicat.

d) Ad *mulieres Salomonis regis* (1 Reg. XI, 1 sqq. Cant. VI, 8) plurimi interpretes recentiores illa verba referunt vel uxorem regiam, שְׂדֵהִים autem ceteras

mulieres et pellices dici existimant. Verum originis indagandae varias rationes sequuntur:

α) Non pauci sunt, qui שְׂדֵהִים a שְׂדֵה ducentes *mulieres vi captas et raptas* interpretentur. Praecipit hanc sententiam Ibn Esra: הנשים השודדות הנלקחת בהזקה בשוד ושביה, cui adstipulantur Vatablus, Doederlein, Mendelssohn, Kleuker.

β) Alii ad שֶׂדֶה (*mamma*) illud revocantes *mulieres mammosas* (شَدَا poetarum Arabum) introducunt, ut Cocceius et Rosenmuelerus, coll. Jud. V, 30: רחם רְהָמִתָּם i. e. *muliercula vel duae mulierculae*.

γ) Prorsus explodenda est sententia a J. E. Ch. Schmidtio proposita (cf. Michaelis bibl. orient. XIII, p. 95), qui adhibito arab. سَدَا et chald. שְׂדֵה *textrices* mulieres vertit.

δ) Knob. in comm. ad h. l. separatas, ocellas mulieres vult, coll. arab. سَدَا separatus fuit, et سَدَا oclusit. Sed haec verba vix inter sese cohaerent.

ε) Gesenius in Lexico statuit, שְׂדֵה esse pro שִׁדְוִיָה (cf. שְׂדֵה = שִׁדְוִיָה al.) a rad. שֶׂדֶה, eiusdemque significationis ac arab. سَيِّدَة *domina*, vulgo contr. سَيْت *sitt*, vel etiam سَيْتَة *sitta*, dominam autem hic uxorem esse, ut arab. سَيِّدَة. Defendit hoc Maurer in lex. hebr.

ζ) Aliam rationem ab ipso Gesenio in collectaneis MSS. probatam suppeditat usus Talmudicus, ex quo iam Raschi *vehicula, currus, lecticas* explicat, scil. vehendis mulieribus aptas, *pilenta*. Hanc enim significationem שֶׂדֶה habet in Mischn. Baba kamma 9, 3 (ed. Surenhus. T. IV. p. 81), Erubbin fol. 30, b (ubi Raschi: שֶׂדֶה מֵכַרְבֵּת נָשִׁים בְּקִיפּוּסָא i. e. *est vehiculum mulierum, currus factus ut capsus*), cf. Chagiga fol. 25, a, Gittin fol. 8, b, Schabbath fol. 120, a, et arab. سَدَا melit. *syldae, solda* lectus, torus, Reisk. ad Abulfed. Annal. III. 692. Kamus. ed. Constant. s. v. Abdullatif. Aegypt. p. 34, l. 11. Certe tam *pilenta* cum mulieribus intus sedentibus accipienda sunt, vel pro mulieribus ipsis, ut frequens illud arab. سَدَا pl. سَدَا plentem notat et mulierem *pilento* vectam. Memineris pretiosam Salomonis lecticam Cant. III, 9 sqq. Non improbable autem est, שְׂדֵה hoc significato reducere ad rad. שֶׂדֶה = arab. سَدَا innixus est, unde سَدَا pulvinar, cubital, cf. רִיבֻסִיא a rad. שֶׂדֶה. Vid. Hitzig, ad Eecl. I. l.

η) R. Jona MS. hanc habet glossam: שְׂדֵה וְשִׁדְוִיָּים *عزبة وعزبان خدمة وخدايم* i. e. *eximia et eximiae, famula et famulae*. Antea שְׂדֵה esse i. q. *عزبة وخدمة* dixerat. Cf. Dav. Kimchi lex.

θ) Sunt denique quibus nulla harum deliciarum species placet. Hi verbis שְׂדֵה וְשִׁדְוִיָּים notionem generalem

vindicant eaque arcte cum proximis coniungunt ita ut
 הַחֲסִידִים הַבְּנֵי הַיְהוּדִים הַבְּנֵי הַיְהוּדִים *hominum deliciae sint cuius-*
cunque generis (sic Lud. de Dieu addidit syr. ܠܘܘܢܐ, sed
 hoc non est modus et ratio, sed munus vel officium quo
 quis fungitur Gen. XL, 13. 21. XLI, 13, Bar Bahlul.:
 ܠܘܘܢܐ, cf. ܠܘܘܢܐ ܡܫܬܐܢܐ praefectus = ܠܘܘܢܐ, Sacy Chrest.

arab. I, 233. Quatremère hist. des Sultans Mamlouks
 T. 1, Par. 1837. 4., p. 110 sq.), vel *accumulatae* et
copiosae (Moldenhawer: „und zwar im grössten Ueber-
 fluss“, Zirkel, Paulus: „im vollsten Maasse“, Ewald:
 „zu Haufe und Haufen“, F. Boettcher in spicileg.: „die
 Hülle und Fülle“) coll. arab. ܠܘܘܢܐ quod vehementiam

quidem et violentiam, vix tamen copiam, cumulum et
 congeriem significat.

Equidem, si haec copiae et abundantiae significatio
 probari posset, profecto in fine totius enarrationis
 „ingens vis deliciarum“ aptum locum haberet; sed sane
 mulierum commemoratio, imprimis in hac pompae Salo-
 moneae descriptio, non minus idonea videtur, et ne
 hoc quidem contemnendum in tali libro, qui verbis novis
 abundat, quod שָׂדֵד in scriptis Talmudicis similem habet
 significationem, v. supra litt. d, Ʒ.

אֲשֶׁדֶד (fort. locus munitus, arx, pro שָׂדֵד, sec.
 Hitzig. Urgeschichte u. Mythol. d. Philist. p. 67 sqq.)
 nomen pelasgicum i. q. pers. ܐܫܕܕܐ (libera) ubique sine articulo,
 accus. loc. אֲשֶׁדֶד, n. pr. *Asdod* urbs, Graecis et
 Romanis *Ἀζότος, Azotus* (Ptolem. V, 16. Diod. Sic. XIX,
 85. Plin. N. H. V, 13. 1 Macc. IV, 15. Judith. II, 28.
 Act. VIII, 40), in Assyriorum monumentis commemo-
 rata (v. Rawlinson. in Journ. of the R. Asiatic Soc. vol.
 XII, p. 466), una ex quinque Philistaeorum urbibus pri-
 mariis atque sedes unius ex quinque eorum principibus
 (סְדֵדִים) Jos. XIII, 3. 1 Sam. VI, 17 coll. vs. 4.
 Aмос. I, 8. III, 9 (palatia Asdodi). Zeph. II, 4. Zach.
 IX, 6, ubi priscoe gentis Enacitarum reliquiae debebant
 Jos. XI, 22, et Dagon Philistaeorum idolum colebatur
 1 Sam. V, 5, coll. 1 Macc. X, 83. XI, 4. Tribui Iudae
 assignata fuerat Jos. XV, 47, raro tamen et ad breve tan-
 tum tempus in Israelitarum possessionem cessit. Salo-
 monis regno videtur subiecta fuisse 1 Reg. IV, 24. Usias
 rex moenia huius urbis demolitus est 2 Par. XXVI, 6.
 Postea Tartan Assyriorum dux cum expugnavit Jes. XX,
 1, itemque post undetriginta annorum oppugnationem cum
 cepit Psammetichus teste Herodoto II, 157, quo respicere
 videtur Jeremias XXV, 20 Adozensium infestis erant Iudaeis
 Neh. IV, 1 (al. 7). A Juda Maccabaeo Azotus expugnata
 (1 Macc. V, 68), a Jonathane eversa est (1 Macc. X,
 84. XI, 4), a Gabinio autem restaurata (Joseph. Antt.
 XIV, 5, 3. B. J. I, 7, 7) Hierodoti regno subiecta est,
 qui eam Salomae sorori testamento legavit (Joseph.
 Antt. XVII, 8, 1. 11, 5). Ab Eusebio et Hieronymo

πολιτὴν ἐπίσημος, „insigne oppidum“ vocatur in Ono-
 mastico, episcopi sedes a quarto saeculo ad sextum fuit,
 et etiamnunc superest vicus parvulus *Asdud* in colle
 situs, quatuor milliar. germ. ab Ascalone distans, de quo
 vid. Troilo itin. p. 457. Volney II, 251, Richardson
 trav. II, p. 206, Robinson Palaest. II, p. 629. Praeterea
 cf. Reland. Pal. p. 606, Mannert geogr. VI, 1, p. 261. —
 Nomen gentil. אֲשֶׁדֶדִי *Asdodensis*, pl. אֲשֶׁדֶדִי 1 Sam.
 V, 3, 6, fem. אֲשֶׁדֶדִית (Keri אֲשֶׁדֶדִית) Neh. XIII, 23.
 — אֲשֶׁדֶדִית adv. *dialecto Asdodica* Neh. XIII, 24.

Ad hanc radicem praeterea referre licet

שָׂדֵד in pausa שָׂדֵד m. priscum nomen Dei omnipo-
 tentis, et quidem nomine אֲשֶׁדֶד adiecto אֲשֶׁדֶד *Deus Omni-*
potens in Pentateucho ab eo auctore, quem Elohistam
 dicunt critici, vocatur Deus Abrahami, Isaaci et Jacobi
 idem ille qui postea Mosi se יהוה nomine manifestaverit,
 ut legitur Exod. VI, 3: וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים אֶל-מֹשֶׁה אֶל-אַבְרָהָם אֶל-יִצְחָק וַיֹּאמֶר אֲדֹנָי אֱלֹהֵי אַבְרָהָם אֱלֹהֵי יִצְחָק אֱלֹהֵי יַעֲקֹב וְאֶל-אֱבְרָהָם אֱלֹהֵי אַבְרָהָם אֱלֹהֵי יִצְחָק אֱלֹהֵי יַעֲקֹב *et Deus*
Mosi, Ego, inquit, Jahve sum; et Abrahamo, Isaaco et
Jacobo apparui tanquam אֲשֶׁדֶד (Deus Omnipotens), et
nomine meo יהוה (Jahve) ipsis non invocati, et sic in horum
 patriarcharum historia alibi etiam apud Elohistam occurrit
 Gen. XVII, 1. XXVIII, 3. XXXV, 11. XLIII, 14.
 XLVIII, 3, nec non XLIX, 25 ubi pro אֲשֶׁדֶד cum
 Samar. nonnullis eodd. hebraicis scribendum אֲשֶׁדֶד
 praeterea semel apud Ezech. X, 5; reliquis in locis solum
 שָׂדֵד *Omnipotens* non addito אֲשֶׁדֶד legitur Num. XXIV, 4. 16.
 Ruth. I, 20. 21. Ps. LXVIII, 15 (ex antiquo carmine,
 ut putat) XCI, 1. Joel. I, 15. Jes. XIII, 7. Ezech. I, 24
 et tricies in libro Iobi V, 17. VI, 4. 14. VIII, 3. 5.
 XI, 7. XIII, 3. XV, 25. XXI, 15. 20. XXII, 3. 17.
 23. 25. 26. XXIII, 6. XXIV, 1. XXVII, 2. 10. 11. 13.
 XXXIX, 5. XXXI, 2. 35. XXXII, 8. XXXIII, 4. XXXIV,
 10. 12. XXXV, 13. XXXVII, 23. XL, 2. Atque iste
 poeta tam saepe hoc verbo usus esse videtur, quod Iobus
 patriarchae aequalis perhibetur illudque nomen sanctita-
 tatis et prisci aevi colorem haberet.

Pervalidum sive potentem שָׂדֵד significare, recentio-
 res post Ikeniam (Diss. philol. theol. I) interpretes pacne
 omnes contendunt. Praeiverunt hanc sententiam Graccus
 libri Iobi interpres qui saepe habet: *παντοκράτωρ*, Aqu.
 alicubi: *ἄλιμος*, Syr. in Iob. ܠܘܘܢܐ fortis, Vulg. ple-
 runque: *omnipotens*, Gracc. Venet.: *ὁ κραταῖος*, Ibn
 Esra: *הַקָּדוֹשׁ*, D. Kimchi, alii. Deum fortem ac poten-
 tem saepe dicebant Hebraei, vid. אֲדִיר וְקָדוֹשׁ, 1
 קְדוֹשׁ, 2, 3, אֲדִיר וְקָדוֹשׁ, cf. Iob. XXXVII, 23. Ps. LXXXIX, 9 al., ut Arabes
 (الْجَبَّارُ الْقَوِيُّ). De forma autem grammatica vocis שָׂדֵד ad-

huc disceptatur. Vitringa ad Jes. XIII, 6, Ludovicus de
 Dieu ad Gen. XVII, 1, Gesenius all. pluralem putant
 esse maiestaticum a sing. שָׂדֵד validus, a rad. שָׂדֵד, sed
 dubia sunt pluralia: — exantia (Gramm. hebr. ed. 16.
 §. 86, 1, c); probabilis esset, si שָׂדֵד, quod quidem
 nusquam praefixo articulo legitur, pluralis diceretur cum

pronomine primae pers. affixo, ad analogiam formae גְּמִשְׂתֵי, principio in invocacione Dei usurpatae (Gramm. §. 119, annot. 4). Alii pro singulari habent; שְׂדֵה (rad. שְׂדֵה) terminatione שְׂ = auctum proprie nomen adiectivum putantes; sed haec quoque terminatio paullum insolens est in V. T. libris, certe in nn. propriis scecentioribus שְׂדֵה, שְׂדֵה, שְׂדֵה et similibus nomen יהיה latet, ut in שְׂדֵה alius. Prorsus repudianda est sententia quorundam, qui compositum dicunt ex שְׂ = שְׂדֵה et דֵה qui est sufficiens sc. sibi (ἀρταγωγός) vel ad omnia alia, sic Aqu. Symm Theodot. et LXX aliquoties: *izavós*, Hesych.: *Saddai*, *izavós*, Theodoret. ad Ez. I, 24, Saad. et Ar. Erp.: *سَادَائِي*, Raschi, Abarbanel, cf. Talm. tr. Chagiga fol. 12, a. Buxtorf. diss. V. de nominibus Dei p. 275 sq. Pocock. ad Joel. I, 15. Neque probandum quod Seb. Schmid ad Job. VI, 4 et Deyhng. obs. I, 42 proponunt, שְׂדֵה esse deum fulminatorem, *σαφάινον*, *βρονταίνον*, a rad. שְׂדֵה iaculatus est. Verosimilius est quod Ewald. (gramm. hebr. ed. 5. §. 155, c), Tueb. (ad Gen. XVII, 1) al. tuentur et iam Ibn Esra et Salomo Parchon indicant. שְׂדֵה a שְׂדֵה = שְׂדֵה ducendum ad formam גְּמִשְׂתֵי (rad. גְּמִשְׂתֵי), „brevevntem autem vocalem syllabae ultimae ex antiquissima aetate servatam esse“, quamquam nulla fere vox plane congrua in V. T. exstat nisi forte n. pr. שְׂדֵה, si sumis hoc esse pro שְׂדֵה a rad. שְׂדֵה, coll. שְׂדֵה Ez. XXVI, 10. Sed hoc etiam addubito, quum vocalis syllabae ultimae in forma גְּמִשְׂתֵי originitus longa sit et fere in recentiore chaldaismo tantum corripatur ut *יבאי* fraudulentus, a rad. רָבַע. Itaque si aliquid in hac re difficili affirmandum mihi est, inclinam animum ad eam sententiam, quam supra iam tetigi, שְׂדֵה primitus significasse *mei potentes, di mei* vel *mi deus*, deinceps nomen proprium Dei Omnipotentis factum esse, ut גְּמִשְׂתֵי.

גְּמִשְׂתֵי n. pr. compos. vid. s. עָנַם p. 1044.

צְבָרֵי שְׂדֵה n. pr. compos. vid. s. צִירָה p. 1161.

שְׂדֵה Job. XIX, 29 Kethib (Kori שְׂדֵה) comp. ex שְׂ = שְׂדֵה quod, et דֵה vel דֵה indicium. Vid. s. v. שְׂדֵה supra p. 1343, a.

שְׂדֵה rad. inusit. 1) i. q. chald. שְׂדֵה, syr. مَأْ: iccit, projecit (v. n. pr. (שְׂדֵה-), 2) effudit, ut chald. שְׂדֵה = שְׂדֵה et syr. مَأْ, arab. كَدَى rigavit, madefecit, كَدَى maduit (cogn. שְׂדֵה bibit), unde

שְׂדֵה Thren. IV, 3, dual. שְׂדֵה constr. שְׂדֵה m. (Hos. IX, 14. Cant. IV, 5) *mamma, uber* (arab. كَدَى, كَدَى, vulg. *tedi*, aram. שְׂדֵה, זָד id., samar. שְׂדֵה Gen. XLIX, 25 fort. corr. שְׂדֵה. Simili ratione quoque lactis ubertas a fluxu dicta est, aeth. ሳብ: dialecto Tigr.

מִן: ambar. מִן: arab. مَمِي uber a מִן:

suxit. gracc. *πίθη*, germ. vet. *tutta*, angl. *teat*, gall. *téton* Zitzte prob. a rad. sanser. *dhé* bibere, gr. (ἰδω) ἰδωσα = ἰδωσα, goth. *dadlisan* lactare, v. Pott etymol. Forsch. I, p. 229. E. Meier Wurzelwörterb. p. 605, ceterum cf. nostro cognatum שְׂדֵה *mamma* p. 321, fortasse verbo שְׂדֵה amor alludens, ubique (etiam Jes. XXXII, 12, v. שְׂדֵה p. 964) dicitur de mamma feminea (arab. سَدَى etiam de virili, et syr. שְׂדֵה quoque Act. I, 13 Pesch.) Hos. II, 4. Jes. XXVIII, 9. Ps. XXII, 10. Ez. XXIII, 3. 21. 34. Iob. III, 12. Cant. IV, 5. VII, 4. 8. g. VIII, 8. 9. 10. I, 13: *inter mammas meas* i. e. in sinu meo, VIII, 1: *quæ suxit ubera matris meae*, frater meus collectaneus (parall. שְׂדֵה). Gen. XLIX, 25: *beneficia uberum et uiri* i. e. lactis et pecudum copia. (Ita Arabes ubertatem describentes inungunt *سَاتَة* *sata* et *أُبْرَة* *ubera*, habent etiam proverbium *أُرِيدُ أُرِيدُ* (مَا لَمْ يَأْكُلْ) Hos. IX, 14: *ubera* *sterilia*.

שְׂדֵה m. i. q. שְׂדֵה *mamma*, his tribus locis legitur: Iob. XXIV, 9: *rapiant orphanum ab ipso ubere materno*, LXX: ἡφαλαῖον ἡφαλαῖος ἀπὸ μαστοῦ (male Syrus, Chald., Hicron. vim vel rapinam cogitant, v. שְׂדֵה s. rad. שְׂדֵה), Jes. LX, 16: *lac gentium suges* *et uber regum* i. e. gentium et ipsorum regum opes in te conferentur, LXXVI, 11 (parall. שְׂדֵה).

שְׂדֵה (fort. ejaculatio ignis, v. rad. no. 1 et supra dicta s. v. שְׂדֵה p. 358) n. pr. m. Num. I, 5. II, 10.

שְׂדֵה *Omnipotens*, v. s. rad. שְׂדֵה.

שְׂדֵה rad. inusit. fortasse *seclusit, terminavit*, velut agros, cf. سَدَمَ (sadm) obturavit, occlusit, hebr. שְׂדֵה q. v. p. 974.

שְׂדֵה f. 1) tantum in pl. שְׂדֵה constr. שְׂדֵה *agri* (prop. terminis circumscripti vel circumsepti) Hab. III, 17. Jes. XVI, 8: *arva Hesbonis* i. e. quae ad hanc urbem pertinent, 2 Reg. XXIII, 4: *in agris vallis Kidron*, Jer. XXXI, 40 Keri (Kethib male שְׂדֵה quode v. infra s. rad. שְׂדֵה), de agris qui vitibus obscurantur Dent. XXXII, 32. — Bis שְׂדֵה cum verbo sing. componitur Hab. III, 17 et Jes. XVI, 8. Ceterum *agri* significatio, quamquam in linguis cognatis nullum eius vestigium exstat, ipso locorum contextu satis firmata est. Accedit auctoritas veterum interpretum, quamquam hi sibi non constant. LXX in Jes. et Hab. II. cc.: *αρεία*, Aqu. Jes. et 2 Reg. II. cc.: *ἀροραι*, Syr. semel Jes. I. c.: *أَرْضَات*, Vulg. Hab. I. c.: *arva*, alibi: suburbana. Alii propter loc. Dent. exponunt *vites*, Abulwalid. MS. جفان. Saad. et Ar. Erp. in Dent. 2, 12, vid. inpr. Tanchum. Hieros. ad Hab. III, 17. p. 88 ed. Munk. NNNNNNNNN

VI, 16) innectum femininis, et שְׁתַּי (contr. e שְׁתַּי) constr. שְׁתַּי (cf. שְׁתַּי constr. שְׁתַּי) masculinis innectum sex. (Pun. שְׁתַּי sexaginta Inscr. Numid. XVIII, 1: 4, arab. سِتَّةٌ et سِتَّةٌ id. [ex سِتَّةٌ et سِتَّةٌ contracta, v. rad., alioquin in usu est سِتَّةٌ sexennis, semestris,

sex dierum], melit. *sytt* sex, chald. שְׁתַּי q. v. infra, ubi et ceterae formae aramaeae, aeth. **ሲቶ**: contr. **ሲቶ**; et **ሲቶ**: dial. Tigr. **ሲቶ**: id.). De syntaxi v. gramm. hebr. §. 95 et 118 cf. Gesen. Lehrgeb. §. 144 et 181. Varii generis exempla sunt: שְׁתַּי שְׁתַּי שְׁתַּי 1 Sam. XVII, 4. שְׁתַּי שְׁתַּי sex calamitates Iob. V, 19. שְׁתַּי שְׁתַּי sex anni Gen. XXXI, 41. Ex. XXXI, 2. Ind. XII, 7 et saepe. שְׁתַּי שְׁתַּי sex filiae 1 Par. IV, 27. שְׁתַּי שְׁתַּי oves sex selectae Neh. V, 18. Jes. VI, 2. שְׁתַּי שְׁתַּי *unicuique sex alae erant*. שְׁתַּי שְׁתַּי sexcenti. Ellipt. שְׁתַּי שְׁתַּי sex (mensurae se. שְׁתַּי, Hieron.: modii) hordei Ruth. III, 15. 17. Pro ordinali 2 Reg. XVII, 10: שְׁתַּי שְׁתַּי *anno Hiskiae sexto*. — שְׁתַּי שְׁתַּי sex viri Ez. IX, 2. שְׁתַּי שְׁתַּי sex filii Gen. XXX, 20. 1 Par. VIII, 38. שְׁתַּי שְׁתַּי sex passus 2 Sam. VI, 13. שְׁתַּי שְׁתַּי sex menses 2 Reg. XV, 8. שְׁתַּי שְׁתַּי reliqui sex Ex. XXVIII, 10. שְׁתַּי שְׁתַּי sex dies Ex. XX, 9 11. XXIII, 12. XXIV, 16. Jos. VI, 3. 14 et saepe. שְׁתַּי שְׁתַּי sex millia 1 Sam. XIII, 5. Job. XLII, 12.

שְׁתַּי (cum fem.), שְׁתַּי (cum masc.) *sedecim*. שְׁתַּי שְׁתַּי sedecim anni 2 Reg. XIII, 10. שְׁתַּי שְׁתַּי sedecim filiae 2 Par. XIII, 21. שְׁתַּי שְׁתַּי sedecim Jos. XV, 41. שְׁתַּי שְׁתַּי sedecim annos natus 2 Reg. XIV, 21. — שְׁתַּי שְׁתַּי sedecim millia Num. XXXI, 40. שְׁתַּי שְׁתַּי bases columnarum Ex. XXVI, 25. 1 Par. IV, 27. Pro ordinali 2 Par. XXIX, 17: שְׁתַּי שְׁתַּי.

Plur. שְׁתַּי שְׁתַּי sexaginta vii 2 Reg. XXV, 19. שְׁתַּי שְׁתַּי LX urbes Deut. III, 4. 1 Par. II, 23. שְׁתַּי שְׁתַּי id. 1 Reg. IV, 13. שְׁתַּי שְׁתַּי sexaginta heroes Cant. III, 7. שְׁתַּי שְׁתַּי sexaginta filiae 2 Par. XI, 21. שְׁתַּי שְׁתַּי LX ulnae 1 Reg. VI, 2. שְׁתַּי שְׁתַּי id. 2 Par. III, 3. שְׁתַּי שְׁתַּי sexaginta annos natus Gen. XXV, 26. Aliud שְׁתַּי *marmor, byssus*, v. s. rad. שְׁתַּי.

שְׁתַּי Esr. VI, 15 et שְׁתַּי Dan. III, 1 chald. i. q. hebr. שְׁתַּי sex. (In Targg. שְׁתַּי et cum masc. שְׁתַּי, et sic in numis pehlev. שְׁתַּי, syr. ܫܬܐ vel ܫܬܐ Eplur. I, 116. Assem. bibl. or. I, p. 3. Abrah. Ecchel. gramm. syr. p. 5, ܫܬܐ, ܫܬܐ, samar. ܫܬܐ et ܫܬܐ Gen. VII, 6 al., ܫܬܐ id., alia v. sub hebr. שְׁתַּי). שְׁתַּי שְׁתַּי ulnae sex Dan. III, 1. Esr. 6, 15: שְׁתַּי שְׁתַּי *annus sextus regni Darii*. — Plur. שְׁתַּי שְׁתַּי sexaginta Dan. III, 1. VI, 1. Esr. VI, 3.

שְׁתַּי verbum *Piel*. haud. (a שְׁתַּי sex) *in sex partes divisit* Ez. XLV, 13, sed ibi haud dubie pro שְׁתַּי שְׁתַּי

scribendum est שְׁתַּי שְׁתַּי *septam partem modii*, ut in antecedentibus.

שְׁתַּי m. שְׁתַּי f. *sextus, a, um*. (Arab. سَائِسٌ raro سَائِسٌ id., aram. שְׁתַּי id., Sais id.). Gen. I, 31. XXX, 19. Ex. XVI, 5. XXVI, 9. Lev. XXV, 21. Jos. XIX, 32. 1 Par. III, 3. Ez. VIII, 1: שְׁתַּי שְׁתַּי *et factum est anno sexto*, mense eius anni *sexto*, quinto eius mensis die. — Fem. שְׁתַּי etiam subst. *pars sexta* Ez. IV, 11. XLV, 13. XLVI, 14.

שְׁתַּי rad. inusit., prob. i. q. שְׁתַּי macer fuit, palluit facies, שְׁתַּי sagitta, a gracilitate dicta, et *رجل ساعيم* vir pallida facie praeditus (Zamakhshari in Esas MS.). Inde

שְׁתַּי m. (Iob. XXVIII, 16) c. art. שְׁתַּי Gen. II, 12, pl. שְׁתַּי Exod. XXV, 7. XXXV, 9. 27. 1 Par. XXIX, 2 al. 1) gemmae species non satis certa, a pallido colore dicta, fort. *onyx*, vel *sardonyx*. Ad Hebraeos afferatur e Cbavila שְׁתַּי terra ad Arabiam australem spectante, unde aurum quoque petebant Gen. II, 12, eiusque usus erat in sacris. Tum enim utriusque humerali ephodi, noti illius amuliculi quod summus sacerdos gestabat, eiusmodi gemma una imposita erat, cui nomina sex tribuum Israeliticarum incisa erant Exod. XXVIII, 9. XXXIX, 6, tum eadem una ex duodecim gemmis fuit, quibus pectorale summi sacerdotis ornatum et quarum unicuique unum e duodecim tribuum Israeliticarum nominibus insculptum erat Exod. XXVIII, 20. XXXIX, 13. Praeterea inter alia gemmarum nomina legitur Ezech. XXXVIII, 13.

Veterum interpretum de significatione huius voc. testimonia varia sunt et ambigua, quum re singuli quidem sibi ipsi constant. Ac 1) LXX et Theodot. in Iob., Symm. Gen. II, 12, *of' /* Exod. XXV, 7. XXVIII, 9, Joseph. ant. III, 7, 6, Hieron. passim et recentiores nonnulli gemmam illam intelligunt quae *onyx*, *onyx*, vocatur quia unguis humani colorem imitatur. Et hoc quidem in etymo habet quo nitatur, שְׁתַּי enim *pallidus* lapis dici poterat, coll. arab. سائيس, vid. rad. Cf. Plin. N. H. XXXVII, 6, 24, qui Indicum potissimum et Arabicum genus memorat, et Edisi (I, 150 ed Jaubert) qui in Hadhramanto onychem referri dicit. Quod J. D. Michaëlis (supplem. n. p. 2990) affert arab. سائيس striata velut sagittis picta vestis, unde שְׁתַּי putat onychem candicantibus distinctam striis esse, id naturae quidem lapidis consentaneum (v. Plin. l. c.) a philologicis tamen rationibus abhorret tum quia sagittae in rad. hebraea nec vota nec vestigium est, tum quia formam passivam exspectaveris arabicae سائيس congruam, ut שְׁתַּי Ex. XXVI, 1,

سنگك lapides grandinis ap. Barhebr. Chron. syr. p. 332. l. 3. Roed.] — Ad num. 6: Ita germ. **ein Stein**, angl. **stone**, de certo pondere lanae, saponis, lini, cf. sineum **senh** lapis, et pondus 120 libras aequans. Ges. [Persicum est **سنگ seng**, et **سنگك seng-i tardzi** lapis librae, non **senk**. — De pondere regio 2 Sam. XIV, 26 v. Thenius ad h. l. Roed.] — Ad num. 7: **אֲבֵלָה** potius significat **lapidem serpentis**, v. s. rad. **אֲבֵלָה** p. 413. Ges. [Cf. Schultz, Jerusalem. p. 79. Roed.]

— B. **אֲבֵלָה** num. 1. Rota figlina, constans ex **duobus lapidibus**, altero superiore, altero inferiore, deinde etiam e ligno facta, ita fere depingitur in monumentis aegyptiacis  v. Rosellini mo-

numm. civili l. tab. 50. Wilkinson customis and manners III, 164. Champollion gram. Egypt. p. 347. Ges. [In verbis ex Abulwalidis Lexico allatis plura emendanda sunt: Lin. 1 **معدوسم** mendosum est, in MS. comparat vel **محرر** vel **محرر** (scriptura enim dubia), sed neutrum aptum est: **المحرر** i. q. الحرفي; lin. 4 scr. **المحترفة** pro **المكتدة**,

المكتدة i. q. الحرفي; lin. 4 scr. **المحترفة** pro **المكتدة**, MS. **المحترفة**; lin. 5 scr. **أني** pro **أنا**; lin. 6 **صناع** pro **صانع**; lin. 8 scr. **Duabus**. Roed.]

P. 17. A. **אֲבֵלָה** num. 2: [In schedis Thesauri annexis Gesenius varias de loco Exod. I, 16 sententias collegit Bötcheri (in Wiener Zeitschrift I, 49 sqq. et in Theol. Studien und Kritiken 1834. p. 626 sqq., cf. eiusdem Collectanea hebr. p. 128 et Spicilegium exeget. crit. ad Exodi I. c.), Rettigii (in Theol. Stud. u. Krit. I. I. p. 81 sqq.), Redslöbi (ibid. p. 641 sqq.), et quod ipse deinceps iudicaret, novae Lexici manualis editioni inseruit his verbis: „A similitudine rotae figuli ita dicta est **sella humilior, sedile** (niedriger Schemel), cui operae insidebant, ut videtur, e ligno crasso factum, cuiusmodi multa conspiciuntur in monumentis aegyptiacis. Eiusmodi sedili haud dubie insidebat etiam obstetrix mulierem parturientem in lecto recubantem adiuvens. Ita intelligenda sunt verba Exod. I, 16: **ubi opem feretis mulieribus hebraeis parientibus**. יִרְאִיךָ עַל-הָאֲבֵלָה אִם בֵּן הוּא **videatis super sedili sedentes, utrum filius sit, et necate eum, an filia** caet. lubetur igitur obstetrix **ipso partus momento**, dum adhuc in sedili sedet et infantem recens natum praeter se nemo vidit tetigit, sexum eius visu vel potius tactu explorare, et, si masculus est, eum, quod una manus digitive pressura fieri poterat, **clam** patre et matre necare.“ Haec ipse Gesenius. — Bötcherus Exod. I. c. primum interpretatus erat sedile rotae figuli simile, sed hanc rotam ut ligneum instrumentum non a lapidibus dictam esse contenderat, sed a versando coll. rad. **אֲבֵלָה**; postea tamen statuit **עַל-הָאֲבֵלָה** in Exodi loco proverbiale dictum esse **in rota** (auf den Scheiben) = opportuno tempore, mature, necpae inter partum, nondum soluto demoque de matre fetu, coll. **עַל-הָאֲבֵלָה** Prov. XXV, 11. Contra Redslöbii l. c. duos lapillos interpretat **testiculos** (Hodensteine, angl. stones): quam sententiam nuper etiam defendit Manrerus in Lexico, hos vero a glorio- sitate dictos putans, ut rotam a rotunditate et versatione coll. **אֲבֵלָה**. Meierus (in Theol. Stud. und Krit. 1842. p. 1048 sqq. et in Lex. radicum hebr.) interpretat: **duo genera**, masculinum et femininum, propr. „die beiden Unterschiede“, a rad. quadam **בן** (**בין**), vel duae conversiones, rationes, duo genera. Roed.]

— lin. 23: [In Suidae verbis **ὄψέ** mendum est. Kuste-

- rus ex Artemidoro pro $\tau\epsilon\alpha\iota\nu\ \delta\upsilon\psi\epsilon$ corrigi $\acute{\alpha}\nu\sigma\tau\epsilon\kappa\iota\epsilon\nu$. RoED.]
- אֲבֹט P. 17. B. Propriam radicis signif. Ges. in Lex. man. ponit *inculcare* coll. vic. אֲבֹט, inde *inferre*, germ. *einpfropfen*. coll. gr. $\tau\epsilon\iota\gamma\omega$ pr. i. q. $\eta\iota\gamma\gamma\upsilon\mu\alpha$.
- אֲבֹט [ubique *praesepe* esse arbitrator. RoED.]
- אֲבָצִי P. 18 A. Fortasse i. q. אֲבָצִי album esse, unde chald. אֲבָצִי stannum, et אֲבָצִי n. pr. fort. stanneus. Ges. Lex. man.
- אֲבָק — Rad. אֲבָק prob. *contudit*, *commiuit*, a syllaba onomatopœit. אֲבָק, אֲבָק, אֲבָק, quae aequae ac אֲבָק, אֲבָק (אֲבָק) tundendi vim habebat, unde אֲבָק *pulvis*. Ges. Lex. man. [Cf. אֲבָק, אֲבָק et arab. كَبْكَب pulvis. Iam verò كَبْكَب opus est, ut אֲבָק verbum denom. sit, potest enim esse: se invicem tundere, luctari. Maurerus in Lex. *implicandi* vim primam ponit coll. אֲבָק, indeque ducit et pulverem se evolentem coll. rad. אֲבָק, et luctam ut manuum consentionem. RoED.]
- P. 19. B. אֲבָרָה [Novam huius ve. ex lingua coptica explanationem aperuit Benfey in libro Ueber das Verhältniss der aegypt. Sprache zum semit. Sprachstamm, Lips. 1844, p. 302 sq.: אֲבָרָה *proiectione*, compos. ex א *quod imperativo formando est*. אֲבָרָה *proiectione* et א *pron. 2 pers.* Alias tamen prostrationem exprimunt verbo אֲבָרָה cum pron. reciproco. RoED.]
- lin. 6 ser. *inclinet*.
- אֲבָנִי — Rad. אֲבָנִי vel אֲבָנִי: ser. אֲבָנִי et אֲבָנִי (Num. XXIV, 7).
- P. 20. B. אֲבָנִי *naq* [a Meiero lex. radd. p. 667 et Maurero referunt ad rad. אֲבָנִי. Recte Ges. originem persicam tuetur. In dialecto Ghilanico est *aghuz*, v. Chodzko specimens of the popular poetry of Persia p. 546, cf. armen. *engos*. RoED.]
- אֲבָל — Rad. אֲבָל Job. XXXVIII, 28 [stillae roris sunt, a rad. אֲבָל = אֲבָל, אֲבָל. — N. pr. אֲבָל prob. duo fontes, cf. אֲבָל fons, et n. pr. אֲבָל. RoED.]
- אֲבָנִי P. 21. A. אֲבָנִי scrib. אֲבָנִי vel אֲבָנִי, v. Jes. XXXV, 7. — Ad num. 2: אֲבָנִי Jer. LI, 32 Ges. in Lex. man. vulte esse *arundines*, utpote ex quibus munimenta fieri solebant, angl. *stockades*, nostr. Pallisaden. Ita Lee in Lex. hebr. *Munimenta* dat Meierus Lex. radd. p. 35, idemque radiei אֲבָנִי contrahendi significatum vindicat. Alii, ut Hitzig, et Maurer., *paludes* defendunt. RoED.]
- אֲבָנִי P. 22. A. Proprie haec radix corradendi significatum habet, coll. vic. אֲבָנִי. Ges. Lex. man.
- B. אֲבָנִי. [Aeth. אֲבָנִי: auctore Isenberg. dict. arab. p. 113: „half a dollar, worth half an ounce of silver, about two shillings.“ Meht. *ajar* suae dubio est arab. أَجْر merces, praemium, spec. praemium in vita futura a Deo concessum, eo sensu adhibitum quo nos subinde dicimus: „ein Gotteslohn“ i. e. elemosyna, unde verbum conj. V et VIII mercedem meruit, elemosynam dedit, v. Dory de Abbadidis vol. I. p. 112 sq. Amari in Journ. asiat. 1846. Mart. p. 216. Ibn Gubair ed. Wright p. 48. 126. 292. 330. Syriacum autem אֲבָנִי, quod in Pesch. legitur pro hebr. אֲבָנִי, Bar Ali sic exponit: $\text{أجر الفضة 150} = \text{أجره 150}$ *عوض الدرهم*. RoED.]
- P. 22. B. אֲבָנִי [Maur. in Add. ad Lex. exponit pateram libationis, σπονδειών 3 Esr. II, 13, ubi Vulg. *libatorium*, a radd. אֲבָנִי = אֲבָנִי sparsit. RoED.]
- P. 23. A. אֲבָרָה [adde 2 Par. XXX, 1. 6. Aeth. אֲבָרָה: pronuntiandum *nagara*, non *naggara*, et אֲבָרָה: *nagar*. Maurerus in Lex. אֲבָרָה putat esse volumen, a rad. אֲבָרָה = אֲבָרָה coll. אֲבָרָה, dein epistolam. RoED.]
- אֲרָב — B. אֲרָב [corrigi: n. pr. loci, unde ludaei sub Zorobabel Hierosolyma redierunt. Ceterum hoc n. pr. ad rad. אֲרָב videtur pertinere. RoED.]
- אֲרָב P. 24. B. אֲרָב oppos. bestiis Hos. XI, 4: אֲרָב *vincula humana*, non talia quibus bestiae coerceri solent (parall.: vincula amoris), cf. 2 Sam. VII, 14. — Eccl. XII, 13: reverere Deum et obsequere praeceptis eius, אֲרָב *כל-האדם* i. e. id enim totum hominem quasi perficit, summam eius perfectionem et praestantiam efficit. Ges. Ad num. 1, a. adde: Zach. IX, 1. — Ad num. 1, c. dele verba „אֲרָב *viri* (nobiliores) Jes. II, 9. V, 15, vel.“ Ges.
- P. 25. A. אֲרָב num. 4, a. adde: sec. nonnullos etiam lob. XXXI, 33. Ges. [Male hoc quidem. אֲרָב Gen. I—IV ubique articulum sibi innectum habet אֲרָב, praeter III, 17 et 21, ubi tamen pro אֲרָב potius אֲרָב essendum esse videtur. אֲרָב sine art. ut n. pr. apparet demum in tabula genealogica V, 3. RoED.]
- lin. 28 — 33 dele verba „In mythis — relinquimus.“ Ges.
- B. De syriaco אֲרָב 1 Sam. XVII, 32 appellativo posito, item de arab. أجر et melit. *bnjdem* v. Roed. de orig. et ind. arab. II. V. T. hist. interp. p. 14. Ges. [Phoenic. quoque אֲרָב legitur in inscriptione Massiliensi lin. 14. 16 et 18. RoED.]— Ad Not. 1: Quod attinet ad homines אֲרָב appellatos propter *rubedinem* cutis, solent Arabes quoque duplex hominum genus distinguere, alterum *rubrum* (أحمر), quod nos album appellamus, alterum nigrum: quanquam, si verba premere lubet, nec rubri homines sunt, nec albi. Quod alii hominis nomen אֲרָב ad terram אֲרָב referunt, habent quodammodo quo titantur in verbis latinis *homo*, *humanus* et *humus*. Passow lex. gr. s. v. χαμάλ . Ges. [Boppio auctore, cui accedit Potius (Etymol. Forschungen I. p. 142. 217), illa cohaerent cum sanscr. *bhūmi* terra. RoED.]
- P. 26. A. אֲרָב [scrib. אֲרָב, sic enim plene scriptum ubique legitur. RoED.]

P. 27. A. אֶרֶבָה. Vid. Credner. comm. in Joel. p. 123 sqq. — אֶרֶבָה אֶרֶבָה agricola Gen. IX, 20. Ges. [E lingua cognatus huc pertinet arab. أديم terra, superficies terrae, اديم الارض Harir. p. 289 ed. 1. Saecyan.

syр. ارض terra, voc. rarum et fere obsoletum, pro hebr. אֶרֶבָה positum in Pesch. Gen. II, 7. 1 Sam. IV, 12. 2 Sam. I, 2. 2 Reg. V, 17 (alibi pro eo positum est אֶרֶבָה). RoED.]

— אֶרֶבָה [in lingua vet. pers. dixeris admūta == אֶרֶבָה indemitus, a rad. dam, dmā. Vid. Oppert. in Journ. asiat. 1851. Apr. — Mai. p. 394. RoED.]

— אֶרֶבָה sanguis [in lingua sanser. rudhiram sanguis, a rubore dictus, v. Bopp. glossar. sanser. p. 292. — „Punice Edom sanguis dicitur“, auctore Augustino in Ps. CXXXVI, 7. — Ad num. 1: Apud poetas Arabes tritum est دم العنقود sanguis vitis pro vino.

— Plur. אֶרֶבָה ad sanguinis profusi partes sive stillarum copiam pertinet, ut arabice passim dicitur كماء الدم, dum sanguis in corpore circumiens tanquam una massa solida cogitatur. RoED.]

— אֶרֶבָה B. Rad. אֶרֶבָה inusit. est 1) ו. q. אֶרֶבָה, arab. كلى med. Waw inferior fuit, unde אֶרֶבָה 2) trans. ו. q. אֶרֶבָה subegit, dominatus est, imperavit et iudicavit, unde אֶרֶבָה dominus, אֶרֶבָה id, quae nomina sub rad. אֶרֶבָה p. 328 sq. posita huc trahit, et n. pr. אֶרֶבָה s. אֶרֶבָה q. v. sub rad. אֶרֶבָה p. 23, nec nou אֶרֶבָה ו. q. אֶרֶבָה in m. prr. halylonicis אֶרֶבָה אֶרֶבָה p. 226. B. אֶרֶבָה אֶרֶבָה p. 839. Ges. — אֶרֶבָה in pausa אֶרֶבָה.

P. 28. A. [Ad rad. אֶרֶבָה cf. vic. אֶרֶבָה. RoED.]

— אֶרֶבָה n. pr. [Gesenius in Lex. man. significasse ait duos tumulos, Maur. fort. duas areas coll. chald. אֶרֶבָה. Apud Joseph. antoq. XII, 6, 4. XI, 5, 3 in codd. legitur Αῶρα. Iliodiernum nomen est Dūra, qui vicus tribus horis ab Hebrone distat versus occasum. Vid. Robinson. Palaest. III, 209. cf. Reland. Palaest. p. 547. 739. RoED.]

— B. [adde: אֶרֶבָה n. pr., quod Ges. tangit sub אֶרֶבָה p. 329. RoED.]

— אֶרֶבָה num. 5 „virtutibus illustris.“ [De hac significatione dubito. Certe in verbis Ps. XVI, 3 אֶרֶבָה כִּבְיָהוּ enunciativa relativa est verbo אֶרֶבָה כִּבְיָהוּ subiuuncta (vs. gramm. hebr. ed. XVI. §. 114, 3): nobiles s. principes viri, quibus cum maxime detector, vs. 4: eorum arguentur idola. RoED.]

P. 29. A. אֶרֶבָה [pr. est nomen Izadi s. dei ignis, zend. atar. In numis Kanerki regis indosythici legitur AŌPO cum imagine dei flammis circumdati, v. Lassen. de numis indosyth. p. 101. Cf. Renfey Monatsnamen p. 61. RoED.]

— אֶרֶבָה in pausa אֶרֶבָה אֶרֶבָה sec. ad non pelliceum pallium, sed lanæum hirsutum. Ges.

— אֶרֶבָה chald. area, non ad אֶרֶבָה, sed potius ad אֶרֶבָה

אֶרֶבָה pertinet, ut pr. sit locus amplus et spatiosus. Cf. arab. بوحه locus amplus, area. Ges.

I. 29. B. אֶרֶבָה [laugus in Ewaldi Jahrbuch der bibl. Wiss. V. 1853. p. 151 hanc vocem admissa origine persica significare „exercitus caput“ suscipitur, ita ut אֶרֶבָה sit pers. vet. cara = سر caput, quantum de altera composita parte sibi non constare ait. Videtur pr. abstr. esse et dignitatem iudicum notare. RoED.]

— אֶרֶבָה [Hangio I. modo e. videtur esse casus instrumentalis participii pert. pass., sanser. dīdha, zend. dīvēza, a rad. sanser. dīh, zend. dēze concrevero, densum, integrum, rectum, vehementem et ceterum esse, unde sanser. daresta vehementer, pers. vet. darsam valde (inscr. Bisut. IV, 5), duruqa firmus (ibid.), pers. دست integer, verus, אֶרֶבָה omnino, probe, ab omni parte. RoED.]

P. 30. B. אֶרֶבָה num. 1. Cf. אֶרֶבָה. — Abrahamus amicus Dei: [praeter Jes. XII, 8 etiam 2 Par. XX, 7. אֶרֶבָה אֶרֶבָה Jacob. II, 23, δ αἰλος προσεγομενης Clem. Rom. ep. ad Corinthi. c. 10. 17. אֶרֶבָה Targ. Jes. V, 1. RoED.] — Ad Not. 2 cf. Indicium grammaticum s. v. אֶרֶבָה.

P. 31. B. אֶרֶבָה chald. nomen fluminis etiam Eser. VIII, 15 non regionis, nam ibi verba אֶרֶבָה אֶרֶבָה interpretari licet: fluxus qui in Ahaeam flumen influit, sec. al.: fluxus qui Ahaeam terram vel regionem interfluit. Fortasse Euphrates hoc nomine venit, pr. aqua, das Wasser (cf. אֶרֶבָה, sanser. āpas, zend. afs (acc. āpam), pers. آب أو aqua, goth. ahaa flumen. Ges. lex. man., cf. Handwörterbuch ed. 4.

P. 32. A. אֶרֶבָה ubi? [non tantum Hos. XIII, 10, sed bis etiam ibid. vs. 14. Seite hoc voc. Hupfildus (in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II, p. 127) et Ewaldus (Lehrbuch d. hebr. Spr. ed. 5. §. 104, c) repetunt e duabus particulis אֶרֶבָה = אֶרֶבָה et אֶרֶבָה e. hic coll. aeth. ሆP: ih (correlat. HP: hic), ex eodemque אֶרֶבָה Ewaldus putat contractum esse אֶרֶבָה, אֶרֶבָה. RoED.]

— Im. 27 [Pro אֶרֶבָה, quod Jes. XIII, 20 in plerisque codd. mss. et edd. nec non in Masora legitur, nonnulli habent אֶרֶבָה. — Ceterum אֶרֶבָה num. I est verbum denom. ab אֶרֶבָה tentorium, quod Ges. in Lex. man. a splendendo et emicando (v. num. II) dictum esse putat, Maurerius in Add. ad Lex. a fluctatione, simulatione et tremula agitatione, quam significationem radicis אֶרֶבָה primam ponit, coll. אֶרֶבָה aulaeum tenterii, syr. ipsum tentorium, a rad. אֶרֶבָה tremuit. RoED.]

— B. אֶרֶבָה Plur. אֶרֶבָה [at praefixo אֶרֶבָה et articulo scribitur אֶרֶבָה אֶרֶבָה Iud. VIII, 11. Jer. XXXV, 7. 10. Hos. XII, 12. Pluralis cum pron. suff. est אֶרֶבָה אֶרֶבָה (et אֶרֶבָה אֶרֶבָה Iud. XIX, 9), אֶרֶבָה אֶרֶבָה (non אֶרֶבָה אֶרֶבָה אֶרֶבָה אֶרֶבָה). RoED.]

- P. 33. A. אֶהְיִים. [In Dioscoridis verbis corrige: *μετὰ ποσῆς πικρίας*, et *επιποικίλον*. Verba „quibus fructus dicitur *φρονόε*“ dele, aliud enim dicit Avicenna p. 163. Ceterum de agallochi apud Indos et Arabes mentione, nominibus etc. plura dat Gildemeister de rebus Indiciis (Bonn. 1838) p. 65 sqq. ROED.]
- אהר B. [Rad. אֶהְרַר eiusdem significationis fuisse videtur atque אֶהְרַר, ita ut n. pr. אֶהְרַר (sic enim ubivis in V. T. scriptum est, non אֶהְרַרִּין) illustrem sonet. ROED.]
- אויב P. 34. B. אוֹיֵב. [De hoc voc. copiose accurateque egit Böttcher in libro de inferis §. 205 sqq. — Millii dissert. legitur in Ugolini thesauro T. XXIII, non XII, ut Ges. perhibet p. 35. A. ROED.]
- אור P. 35. B. אור no. III. Nota aethiopicum ለዋዮ: scriptum esse pro ሆዋዮ: = עֵרָה Ges.
- P. 36. A. אור *ütio*. [Abulwalid. in Lex. ms. explicat بحراك النار i. e. *rutabulum ignis*. Saad. in Jes. l. l.: *duo viri similes بحراك مَدْحَنَيْنِ* (sic scr.) *duabus extremitatibus rutabuli fumigantibus*. In verbis Barbahili altera glossa ab Gesenio posthabita aequae concinna est atque prior, modo scribas *عود التنور* pro *والعوام*, et in priore *التنور* *أوكا صمدوناً الحاربيك* in apogr. Gotting.: *والأعوام المختزقة من نار التنور الحاربيك والأعوام المختزقة بالتنور المشيمطة* (Meleg. 49. ed. Jacobs.) et Horatianum „dilapsa in cineres fax“ in schedis mss. affert Ges.
- B. אור. [In glossa Abulwalidis pro *حمام* leg. *حمام* *nubes* (ms. *حمام*, et *صلمة* pro *طلمة*. ROED.)
- lin. 9 inf. [dele verba: „Iunge — magnum.“ Neque enim Jes. XLVII, 9 nec sane Job. XXXV, 15 *מֵאֵר* genitivi locum habet. ROED.]
- איד P. 37. B. lin. 20 [lege: hoc raro Prov. XIII, 4, illud paene semper. ROED.]
- Ad rad. אֵרָה pertinent 1) אל particula, de qua sigillatim agitur pag. 33 sq. cf. Lex. man. p. 19, et 2) אֵרָה (prob. voluntas s. desiderium Dei) n. pr. in. Est. X, 34. Ges.
- P. 38. A. lin. 22 lege: indicium *deipa*.
- B. אֵרָה negandi partic. v. p. 79. — אֵרָה n. pr., v. אֵרָהִיךָ p. 10.
- P. 39. A. אֵרָה *vae*. Cf. gr. *ὄϊ vae*, *ὄϊ ἔγῳ*, *οἴμοι*, *οἴζω*, *οἴζωσ*, *οἰκτιζω*, *οἰκτιζωσ* alia. Ges.
- P. 40. A. אֵרָה lin. 2 [dele: אֵרָה s. — lin. 11 sq. dele verba: Vide quae — rad. אֵרָה. ROED.]
- B. lin. 1 [scr. אֵרָה. De loco Corani vid. Badhäwi ed. Fleischer, T. I. p. 54. — Ceterum Maurerius et Fürstius אֵרָה ducunt a rad. אֵרָה *includere*, eni
- sententiae obstat tum genus fem., quod longe crebrius est in hoc voc., tum forma arab. أَرَا. ROED.]
- אור P. 41. A. אור radix eliminanda, n. pr. אור est pro אור = אור robustus. Ges. Lex. man.
- אור — B. אור *מֵרָה* [Omitto pericula Grotefendi et Rawlinsoni, qui suo quisque modo hoc nomen ex inscriptionibus babilonicis extricasse sibi visi sunt. ROED.]
- אור P. 42. A. huius radices notiones alio ordine disposuit Ges. in Lex. man.
- B. אור *fortasse*. Vid. quae in Lex. man. habet Ges.
- P. 43. A. אור num. 1. *vestibulum*. [In schedis mss. et in Lex. man. Ges. de altitudine vestibuli templi Salomonis agens probat coniecturam a J. F. Meyero loco 2 Par. III, 4 adhibitam, qui pro *מֵרָה* *מֵרָה* proponit *מֵרָה* *מֵרָה* *מֵרָה*. Consentit Movers (Chron. p. 78), et in summa re Thenius quoque ad 1 Reg. VI, 3 et Bertheau ad 2 Par. I. e., nisi quod hi diuiviri *מֵרָה* *מֵרָה* volunt, ut vestibuli eadem atque ipsius templi altitudo fuerit. Cf. Ezech. XLII, 16, ubi in Kethib est *מֵרָה*, in Keri vero *מֵרָה*. ROED.]
- B. lin. 24 [pro *אֵרָה*], quod ex Castelli lexico depretonum est, scrib. *אֵרָה*. Bar Ali in cod. Goth.: *אֵרָה* *אֵרָה* *אֵרָה* (apogr. Gotting.: *אֵרָה* *אֵרָה* *אֵרָה*). ROED.]
- אור num. 1. *aries* [Hunc Ges. in Lex. man. a cornibus flexis et volutis אור appellatum esse dicit, Maurerius in Lex. a prosiliendo (feriendo, cf. תיש). Congruit aegypt. *ahud*, *ahud*, memph. *ahud*, *bas-mur*. אור. — אור num. 2. vid. sollicitam subtilemque disputationem Böttcheri in Proben alttest. Schriftenklärung p. 302 sqq. — Abulwalidis glossam (p. 44. B) *مقنطرة خمبية* equidem explicaverim: (opus) *sinuatum recurvum*, et *طاقات* non dixerim fenestras esse, sed partes (portae) sinuatas vel prominentes. ROED.]
- P. 45. A. אור *cervus* [Phoenices quoque habuere voc. אור eadem significatione, v. inscr. Massil. lin. 9, nec non lin. 5. Copt. *αἰουα* cervus. Ceterum cf. Lex. man. ROED.]
- P. 46. A. [Ad usum arab. *غزالة* adde quod dicunt *الغزالة* *veni orta est dorcas* de ortu solis, *الغزالة* *veni ad te cum dorcade* i. e. oriente sole, *غزالة الصبحي* *initium temporis matutini*. In scholio autem ex Haririo Saycyno allato extrema verba *يقال الخ* ad hanc rem non pertinent. ROED.]
- lin. 5 inf. pro „Dicuntur ita“ scrib.: Est sicut, lin. 3 inf. dele verbum „simul“, et in lin. seq. scrib.: in quadam valle. Ges.
- אור num. 1. n. pr. urbis. Epiphanius haec. II. p. 702 scribit *Ἰαλό*, et sic *Yalo* hodie vocatur

- glacie rigens*, جَمَدٌ gelu, glacies; sed illud جَمَسِ ipsium de gelu dici, mihi non constat. Quamquam a rigescendi notionē, quae voci جَمَسِ inest, utcumque descendit significatio gelu, quam habet hebraeum אֶלְבָּנִים et simplex בָּרֵשׁ. ROED.]
- P. 93 A. אֶלְבָּנִים et אֶלְמָנִים *lignum Santalinum*. [Vocabulum ex indicis linguis, quod huic plane respondeat, nondum repertum est. Ges. dubitanter affert ut sanscritum (?) *mocha*, *mochāta* lignum Santalinum, et iuxta id ponit a Boldenio traditum *mícata* id. Pottius in Zeitschr. für d. Kunde des Morgenl. V, p. 80 citat μέχ, τὸ σάνδαλον seu Gange diction. med. et inf. graec. p. 922. Hoffmannus in nova Lexici man. Geseniani editione confert malabaricam eius ligni appellationem *malajaja*. Etymon semiticum tueri student Meier Wurzelwb. p. 668 et Maurer Handwb. p. 990. ad אֶלְמָנִים pro אֶרְמָנִים dictum putantes, coll. אֶרְמָנִים, ut *rubrum* lignum sit. ROED.]
- B. lin. 13 mf. scr. אֶלְמָנִים.
- P. 94. A. אֶלְמָנִים, אֶרְמָנִים. Vide de hisce et similibus pronomini- bus Hupfeld. in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II, p. 160 sqq. Ges.
- אֶרְמָנִים P. 95. A. lin. 26. scrib. : Aen. X, 773. — lin. 35. scrib. Jes. XLIV, 8. — lin. 41. scrib. : Job. XXXV, 10. Ges.
- B. lin. 5. scrib. : אֶרְמָנִים.
- P. 96. A. lin. 32. scr. : אֶרְמָנִים.
- B. lin. 29. scr. : effertur. — lin. 43. scr. : *revelavit se ei*. — lin. 47. scr. : 1 Reg. XIX, 2. Ges. [Ceterum ibi loquitur Isabella εὐδωλολόγους ut suis suis, ut Benhadadus Syrus de suis 1 Reg. XX, 10. ROED.]
- P. 97. A. lin. 12 [pro „de atheo“ pone : verba sunt ather. ROED.]
- B. lin. 14. dele. : XXII, 34, et contra lin. 19. leg. : Jos. XXII, 34. Ges.
- P. 98. A. med. [cf. Tanchum annot. ad 1 Sam. XIV, 5, qui confert שִׁבְיָהוּרָה Cant. VIII, 6 et אֶרְמָנִים Jer. II, 31. — אֶרְמָנִים de pluvis agros inundantibus dicitur in proverbio : إِذَا جَاءَ نَهْرٌ لِلَّهِ بَطَلَ نَهْرٌ عَيْسَى. i. e. *quum Dei flumen irruit, nihil commodi est in flumine Isa* (canal babilouiae). ROED.]
- I. אֶרְמָנִים P. 100. B. lin. 4. אֶרְמָנִים legitur 1 Par. XXV, 27. ROED.]
- אֶרְמָנִים n. pr. num. 1. scr. : vir Damascenus, quem Abrahamus ante Isaacum natum heredem suum destinaverat Gen. XV, 2, sec. vs. 3 verba eius. Cf. אֶרְמָנִים p. 829. Ges.
- P. 101. A. אֶרְמָנִים n. pr. num. 1. Idem commemoratur 2 Sam. V, 16. Ab eo distinguitur אֶרְמָנִים 1 Par. XIV, 7, nisi in his error est, nam 2 Sam. V. 14—16 hic non comparat. Ges. [Cf. Bertheau ad 1 Par. III, 6.]
- B. אֶרְמָנִים ser. אֶרְמָנִים.
- P. 102 A. extr. adde : אֶרְמָנִים n. pr. vid. s. rad. קָשׁ p. 1211. Ges.
- II. אֶרְמָנִים P. 102. B. אֶרְמָנִים *cauda orilla*. [Cf. Robinson. Palaest. II, 391. Tobler Denksblätter aus Jerusalem p. 115. ROED.]
- III. אֶרְמָנִים P. 103 sqq. אֶרְמָנִים praep. Adde exempla ad num. 1 : Dan. IX, 3. — ad num. 2 : 2 Sam. VIII, 7. XIX, 36. sensu metaphys. Eccl. IX, 13. — ad num. 3 : Gen. XXX, 39. — Quae sunt sub num. 6, trahē ad num. 1. et num. 8 ad num. 7, ibique adde : Ex. XXV, 21. 1 Reg. XIX, 8. Zach. V, 4. — P. 104. A. אֶרְמָנִים num. 11, d. adde : אֶרְמָנִים 2 Sam. I, 24, אֶרְמָנִים 2 Sam. X, 2 (at גִּבְיָהוּ 1 Par. XIX, 2). — P. 104. B. Ad num. 3. adde : 1 Reg. VI, 17. 27. — Sub num. 5 dele locum Gen. VI, 16, nam אֶרְמָנִים ibi est : *ad longitudinem ulnae* unius, cf. Lex. man. s. v. אֶרְמָנִים A, 4, a. Ges.
- P. 105. A. אֶרְמָנִים [Cf. תְּלַאשְׁתִּי p. 1504 ibique Add. ROED.]
- אֶרְמָנִים P. 106. A. אֶרְמָנִים 1) *bos*. [Phoenice. אֶרְמָנִים hac signif. legitur in inser. Massil. lin. 3. ROED.]
- אֶרְמָנִים P. 107. B. lin. 21. [tele. אֶרְמָנִים. ROED.]
- P. 108. A. lin. 5 dele. : 2 Sam. XIX, 14; pertinet enim hic locus ad אֶרְמָנִים. Ges.
- B. med. אֶרְמָנִים : v. Köster Erläuterungen p. 108 et Hirzel. ad Job. VI, 13. Ges. [Equidem meam sententiam professus sum s. rad. אֶרְמָנִים no. 4, b. p. 1508. ROED.]
- אֶרְמָנִים P. 110. A. אֶרְמָנִים num. 6. dele verba : „et Sidonis (כּוּכַר אֶרְמָנִים mater regionis, v. supra p. 66).“ Ges.
- B. [Post אֶרְמָנִים expectari possit commemoratio vocis אֶרְמָנִים i. q. אֶרְמָנִים mater Ez. XVI, 44 (ut ibid. vs. 30, si lectio certa, אֶרְמָנִים i. q. אֶרְמָנִים), sed prob. est pro אֶרְמָנִים. ROED.]
- אֶרְמָנִים *ulna*. [Ad h. v. Ges. nonnulla adserpsit e Büttcheri specim. p. 287 sqq. et Böckhii quaestionibus metrologicis excerpta. Praeter hos libros vid. imprimis Thenius die althebr. Längen- und Hohlmaasse. 1845. p. 4—18. ROED.]
- P. 113. B. Adde : אֶרְמָנִים u. pr. oppidi in meridionali parte tribus Iudae Jos. XV, 25. Ges.
- אֶרְמָנִים P. 116. A. אֶרְמָנִים. Verba : „at desideram — usurpatorem“ delebit Ges.
- B. אֶרְמָנִים num. 3. [Amana idem fluvius videtur esse, qui hodie Barada vocatur, Parpar autem idem qui Awag. Vid. Robinson in Bibliotheca sacra VI, p. 371 et J. L. Porter in Kitto Journ. of Sacred Literature, 1853. Jul. p. 245—262. ROED.]
- אֶרְמָנִים P. 118. B. אֶרְמָנִים fem. Zach. XII, 5 sic verte : *praesidium mihi i. e. nobis (sum) incolae Hierosolymae per locum deum ipsorum*. Scriptura לְיִשְׂרָאֵל reiicienda est. Ges.
- אֶרְמָנִים P. 120. A. אֶרְמָנִים num. 1, a. Ad אֶרְמָנִים de equo dictum Job. XXXIX, 25 cf. arab. אֶרְמָנִים : אֶרְמָנִים : אֶרְמָנִים (aeth. אֶרְמָנִים : אֶרְמָנִים) recusavit, noluit, pr. dixit : non libet, nolo, v. c. de vacca quae se mulgieri non patitur, de ligno duro quod non facile secatur, das sich nicht schneiden lassen will. Isen-

berg. diction. amhar. p. 115. — Ad num. 1 h. adde: Jes. V, 20. Thren. II, 15. Ecl. II, 2. — Ad num. 1. e: Improprie Ecl. X, 3: *stultus dicit omnibus* i. e. vita sua et moribus facile prodit omnibus, *se stultum esse*. — Ad num. 3 *issit*: 2 Sam. I, 18. XXI, 16. 1 Reg. V, 19. VIII, 12. Dan. I, 3. Locum 2 Par. XXI, 7 dele. Ad 1 Reg. XI, 18 אמר להם אהיה לך cf. arab. امر له بشي Ges.

P. 122. A. אהיה chald. *agnus*. [Phoen. אהיה id. inser. Massil. lin. 9. Roed.]

— אהיה num. 2. [scrib.: n. pr. loci unde sub Zorobabele Iudaei redierunt Hierosolyma. Roed.]

— אהיה num. 2: Hab. III, 9 ad num. 3 refer, est ibi אהיה malo sensu dictum de *minis*. Ges.

— B. alde: אהיה m. chald. *edictum, mandatum* Dan. IV, 14. Ges.

— אהיה n. pr.: auctore Bohlemo comment. ad Gen. XIV, 1 sanser. *amarapda* i. e. deorum tutor. Ges. Cf. Lex. man.

I. אהיה P. 123. B. [Radd. אהיה I et II ex una eademque notione fluxisse demonstrat Maurerus Handwb. p. 990. — Ad lin. 18: Juda ben K. haec habet de loco Jes. XIX, 8: אהיה הנקדים יעשו החותמין השמאכין אמנא. Exponit igitur hebr. אהיה verbo arab. *genuit*. cf.

אהיה p. 126, et *חיות* duplici verbo *quod* est *piscator*, a *חוט* *piscis*, et *מאכ* item *piscator* vel *piscum mercator*, a *מאכ* *piscis*. Roed.]

II. אהיה P. 124. B. [Omissum est: אהיה m. chald. *ras*, i. q. hebr. אהיה, Dan. V, 2. 3. 23. In Targg. etiam אהיה, syr. אהיה. Ipse Ges. in Lev. man.: „Dictum videtur pro אהיה, a rad. אהיה no. II, ut hebr. אהיה.“ Roed.]

— אהיה. [Adde תהיה (vicinia Siluntis) n. pr. oppidi in termino agri Ephraimitici Jos. XVI, 6. Roed. Cf. Ges. Lex. man. p. 957.]

אהיה P. 125. B. אהיה *plumbum*. [Hoc voc., quod aeth. sonat אהיה, cf. Pottius in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. vol. IV, p. 261 ducit e sanser. *naga* n. stannum, pr. montanum. Nescio an conferri liceat sanser. *tanga* plumbum et stannum. Roed.]

P. 126. A. אהיה. [Tanchum verba in lexico Murschid obvia sic corrige: אהיה *قصدير* ועوفي العربي أنك ومعنى *بيدر* *اهيه* عو *القصدير* الذي يكون في الشبث الذي يزين به البناء الميناة *ألا تتعوج* i. e. R. Jona אהיה (Am. VII, 7) *exponit*

قصدير (*καυσίτερος*) i. e. arab. أنك, et in verbis אהיה (ibid.) item est *قصدير* (stannum, perpendicularium) *filo appensum, quo architectus examinat aedificium, ne curvum evadat*. Et sic in

glossa Judae pro אהיה scribe אהיה i. e. *القصدير* i. *القصدير*, et extrema verba, quae in Schuureri apographo sunt אהיה אהיה *عول* *تلقد* *المقدرة*, meo periculo corrige: *عول تلقد المقدرة* i. e. *αὐτὸς κατασκευασμένος* *είπαι*

[*قدر*] *Roed.*]

P. 126. A. אהיה, in vetustioribus V. T. libris frequentissimum, in recentioribus multo rarius invenitur quam אהיה, vid. Movers krit. Unters. über die Chronik p. 203. Ges.

אהיה — B. אהיה. Vid. Hupfeld. in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II, p. 152 sq. Ceterum Dan. VII, 17 legitur אהיה, non אהיה. Ges.

אהיה — אהיה. [In glossa Judae post *לא מנה* omissum est *אחיה*. Alibi idem אהיה interpretatur *غاصب*. Roed.]

— אהיה chald. [Judae verba integra haec sunt: *لا يصعب عليك لا يقيرك لا يغلبك دل سر من اسرار العلوم وغوامضها بل عى منقادة اليك مملوكة عندك وفي قبضتك*. Roed.]

אהיה P. 127. A. hn. II inf. scrib.: אהיה *Ges.*

— a. lin. 5 inf. [scrib.: אהיה], et lin. 2 inf.: significationem favoris. Roed.]

— B. lin. 4. [scrib.: אהיה *in favorem* (eius). Roed.]

— אהיה. Leg.: nomen avis impurae. Ges.

אהיה P. 129. B. אהיה. Dele verba: „Fortasse — medicatus est.“ Aram. אהיה ut arab. *اسى* medicari, propr. restituere. Ges.

P. 132. A. אהיה אהיה. [Haugius in Ewald. Jahrb. V. 1853. p. 154 hanc proposuit sententiam: אהיה est adiectivum vel part. pass. a rad. vet. pers. *par*, zend. *perē* perficere, compos. cum *us* *uz* = sanser. *ut super*, prorsus, ita ut *usparna* pr. sit prorsus perfecte. admodum diligenter, gnaviter. Roed.]

— אהיה n. pr. pers., contr. ex *aspadda*, *اسي* *اسي*, ab equo (sacro, divino) datus, i. q. *ἱεροδότης*, *ἱεροδότης*. Pott etymol. Forsch. I, p. 114ff. Bentley Monatsnamen p. 197. Ges.

P. 134. A. אהיה n. pr. Cf. *vedicum stri* stella. Lassen ind. Biblioth. III, p. 8. 18. Ges. [Zend. *stār*, *stāre* et *astār*, in compos. etiam *stār*. Vid. Burnouf Yaçna p. 552 et nott. p. 116, Journ. asiat. 1846.

Fehr. p. 109 — 114. Armen. quoque est *ստար* stella. Roed.]

— אהיה particulam mutata ratione tractavit Ges. in Lex. man.

אהיה P. 135. B. אהיה num. 1: Inde copt. *εφογγ* *epomis*, amiculum acetarum. Peyron lex. p. 45. — Ad num. 2: Iud. VIII, 27 Arabs interpres secutus est Syrum, apud quem legendum *أهيه* pro *أهيه*, quod

- אָרֶם** P. 151. A. אָרֶם. Vid. Gust. Baur comm. in Amos, p. 65 sqq. 228 sq. — Pro אָרֶם legendum אָרוֹם 2 Par. XX, 2, nec non 2 Sam. XVI, 13 cf. 1 Par. XVIII, 12 et Ps. LX, 2. Contra אָרֶם ponendum pro אָרוֹם 1 Par. XVIII, 11 cf. 2 Sam. VIII, 12. Movers die Chronik p. 88 sq. — De syriaco אָרֶם vid. Roediger de interpr. arab. p. 23. 56. Ges. [Adde Larsow de dialectorum linguae syr. reliquiis. 1841, p. 9 sqq. Roed.]
- - Adde אָרֶם לְיָמֵינוּ 2 Reg. XVI, 6 Kethub, quod pro אָרֶם esse posset, nil nisi mendum est. Repono אִדְמוּאֵי Idumaei, quod Keri habet. Ges.
- - Adde אָרְזֵה n. pr. loci Iud. IX, 41. Vid. הַרְזָה p. 1275. Ges.
- אָרֶץ** P. 153. B. אָרֶץ terra. Rad. אָרַץ fortasse coniungenda cum אָרַץ incidere, arare, ut pr. sit *ager*. Ges. [Maurer's „krazig, rauh seyn, vgl. עָרַשׁ, חָרַשׁ, גָּרַשׁ, oder krumm, uneben seyn, vgl. עָרַשׁ, גָּרַשׁ.“ Roed.]
- P. 155. A. אָרְרָת. Vid. de hac provincia St. Martin mém. sur l'Arménie I, 106 sqq., II, 367, de monte II, 260 sqq. Nomen Bohlenius comm. in Gen. p. 94 explicat sanser. *Aryavarta* i. e. terra sancta, quod a Benfeyo probatur, Monatsnamen p. 197. Ges.
- אָרְרָת־שָׂמָרָה. [In inscriptionibus pers. cuneatis hoc nomen sonat *Artakhsathrad*, compositum ex *arta* = zend. *arēta* vel *ērēta* venerandus, et *khsathra* imperium. Vid. Burnouf Yaçna p. 462. Lassen ind. Alterthumsk. I, p. 6 et in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. VI, p. 159 sq. Rawlinson in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. X, p. 50. vol. XI, p. 35. Legitur in inscriptione Artaxerxis II. in Richii Narrative of a journey to the site of Babylon 1839, tab. XXIV, et in vase Venetiana, ubi his litteris constat: *Ardakhéaséa* (v. Oppert. in Journ. Asiat. 1852, Febr. p. 196). — Est. VI, 14 pro אָרְרָת־שָׂמָרָה הַרְרָנִישׁ בְּנֵי אָרְרָת־שָׂמָרָה prob. ser. הַרְרָנִישׁ בְּנֵי אָרְרָת־שָׂמָרָה, ut comiecit Ewaldus Jahrb. V. 1853, p. 233. Roed.]
- P. 156. A. lin. 22: [scrib. *خشم وقير وغضب*. Roed.]
- אָשֶׁר** — אָשֶׁר־הָיָה. [Cf. etiam הָיָה num. 3. p. 358. Roed.]
- אָשֶׁל** P. 159. B. אָשֶׁל. [In glossa Abulwalidis scrib. *أشعل* وحى شجرة تشبه الطوفاء وعليه أكثر المفسرين، أكثر وربما كن الحصى من الأشجار, *arbor tamarici similis, eaque est interpretum plurimorum sententia. Fortasse autem est alia species arborum etc.* Roed.]
- אָשֶׁם** P. 160. B. אָשֶׁם num. 3. [De hoc sacrificii genere singillatim et acute disputant Ed. Riehm in Theol. Stud. u. Krit. 1854, p. 93 sqq. et Rinck ib. 1855, p. 369 sqq. Roed.]
- P. 162. A. אָשֶׁנָה n. pr. [Videtur significare: equi nasus, a saner. *asra* equus, et *násá* nasus, in compositis etiam *nas*, e. g. *Sanas*. Cf. Indrae epitheton in Vedis lectum *susipra*, quod exponitur: pulchrum nasum habens. Apud Arabes cognomen est أشف الناقة i. e. nasus cameli. Roed.]
- אָשֶׁר** P. 163. A. אָשֶׁרֶה. [Luci s. memoris significationem defendit Ewaldus hist. Israel. ed. 2. vol. III, p. 390. Ceterum grave *άσος* sensu Latore accipere licet, siquidem omnem locum sacrum notat, etiamsi arboribus careat, *άσος* *άσος*, ut ait schol. Pindar. Olymp. III, 1 cf. Boecklin not. crit. p. 364. — *Basis* significationem defendere studeat Gumpachius Alttestam. Studien. 1852, p. 237 sqq. — Lin. 7 scrib. *Ussa* אָשֶׁרֶה [pro Asi. Roed.]
- B. אָשֶׁרֶה *Assyria*. [In inser. pers. cuneatis scriptum exstat *Athurd*, v. e. inser. Behistun. col. I. lin. 14. 15 all., et litteris pellevicis in numis Sasandiarum אֶשֶׁרֶה et brevium אֶשֶׁרֶה אֶשֶׁרֶה, vel etiam אֶשֶׁרֶה. Roed.]
- P. 164. A. אָשֶׁרֶה [2 Sam. II, 9 legitur אָשֶׁרֶה, non: אָשֶׁרֶה. Illius loco autem scribendum videtur אָשֶׁרֶה secundum Syr. (cum Ar.) et Vulg. Vid. Theinns ad h. l. et Ewald. Gesch. Isr. ed. 2. T. III, p. 145. Roed.]
- P. 165. B. lin. 20 sq. dele verba: „ubi refertur ad rem incertam.“ — Ibid. ad אָשֶׁרֶה num. 3 adde: Hos, XIV, 4, ubi R. Tauchm interpretatur אָשֶׁרֶה, אָשֶׁרֶה. Ges.
- P. 166. A. אָשֶׁרֶה num. 10. Locum Iob. IX, 15 delevit Ges. [Equidem non modo hanc omnino nego significationem sub num. 10 assumatam, sed illam quoque s. num. 8 expositam. Roed.]
- B. lin. 9 scrib.: respondet chaldaeo בְּרִיךְ. Ges.
- - Post אָשֶׁרֶה proprie dicendum erat de אָשֶׁרֶה, אָשֶׁרֶה וְשֶׁ אָשֶׁרֶה. Vid. p. 1544. Ges.
- אָשֶׁר** P. 167. B. אָשֶׁר I. B. num. 1, b: Iluc refer Jer. XXXVIII, 5, eumque locum dele sub num. 3; verte: nam rex nihil valet *apud* vos i. e. vobis, non rege, imperii fasces tenentibus. Ges. [Leg. igitur אָשֶׁרֶה אָשֶׁרֶה. Roed.]
- P. 168. A. אָשֶׁר num. 3 adde: Dan. XI, 2. Ges.
- אָשֶׁרֶה. Ps. XXII, 26 ita explicetur: *a te hymnus meus* i. e. tibi debeo salutem meam, hymni causam. — Ibid. lin. ult. scrib.: *ἀν' ἡμῶν*. Cf. lat. *a se*, Hand. Tursell. l. p. 23. Ges.
- B. lin. 13 scrib.: Joseph. Arch. VIII, 13.
- - אָשֶׁר II, num. 1. Barius ponitur ante nomen indeterminatum Exod. XXI, 28: (eum Levitentochter), 2 Sam. XVIII, 18. Ez. XLIII, 10. Prov. XIII, 21. Eccl. III, 15. Ges. [Adde: 1 Sam. XXIV, 6. Jcs. L, 4. Iob. XIII, 25. Roed.] — Ad num. 2: Nominativi casu אָשֶׁר poni prorsus negat Maurerius ad Hagg. II, 5. Certe accusativus agnoscendus in locis, in quibus cum verbis passivis coniungitur [vid. gramm. hebr. ed. XVII, §. 143, l. a. b.]. Ceterum cf. Lex. man. Ges.
- P. 170. A. lin. ult. scrib.: v. rad. בָּנֵל p. 777.
- אָשֶׁק** — B. Radix אָשֶׁק elimimanda, אָשֶׁק et אָשֶׁק pertinent ad rad. אָשֶׁק, אָשֶׁק architecturae vocabulum.

- tum habes s. rad. פָּתַח p. 723. — num. 3, c. pone sub num. 1. Ges.
- P. 187. A. אֲבוּא תַּיְרָה num. 2: Iud. I, 24 et 25 תַּיְרָה אֲבוּא non est porta urbis, sed *aditus ad urbem* i. e. locus ubi facilem habet aditum. Ges.
- - תַּיְרָה תַּיְרָה num. 1. *proventus*. Ita syr. ܬܝܪܗ a rad. ܬܝܪ intravit. Ges. [arab. ٱتَّجَّرَ id. Roeb.] — num. 2. *lucrum, quaestus*. [Cf. arab. نَجْرٌ id. a rad. دخل introiit, gr. πρὸςδοσι, germ. Einkommen, Einkünfte. Roeb.]
- בוּם P. 188. A. בּוּמָה num. 2. ܒܘܡܗ potius *montes terrae*. — Lib. 40 scrib.: ipsi. Ges. — [Lin. 41 scrib.: 1 Par. XXI, 29 sq. Roeb.] — B. lin. 20 scrib.: Diod. 20, 65. Ges. — - lin. ult. De Syro interprete vid. Roediger de interpr. arab. lib. hist. p. 55. Ges.
- בוּם P. 189. A. בוּם. Zach. X, 5 verte: *et erunt instar heroum, qui incedunt super luto platearum* i. e. super hostibus luto comparandis. Cf. רָדָה sq. ָּ et רָדָה sq. ָּ. Ges. — [Ad Pil. בוּם ef. בוּם s. rad. בוּם mecloratum p. 250. Roeb.]
- בוּץ P. 190. A. בוּץ *album esse*. Cognata sunt chald. ܒܘܥܝ, ܒܘܥܝ, ܒܘܥܝ stammum, plumbum album, it. בוּשׁ. Ges. Cf. Lex. man.
- - lin. 5. dele verba „i. e. bombycinus“, lintea enim erant panni byssini. Vid. Wilkinson manners and customs of the ancient Egyptians III, 115. Ges. Cf. Lex. man.
- בוּשׁ — B. בוּשׁ propr. *album, pallidum ferri*, cogn. רָבַשׁ וְבוּשׁ, spec. *horrore pallescere*. Ges.
- - lib. 11 inf. dele Jer. IX, 16. 19. Ges.
- P. 191. A. בוּשׁ Pil. [Pro ܒܘܫܐ Assem. bibl. or. II, 260 cum Doepkio glossar. ad Mich. chrestom. syr. p. 168 potius scribendum est ܒܘܫܐ quies, tranquillitas. vita tranquilla et solitaria (non silentium, taciturnitas, ut habet Castellus, qui in lexicis Syrorum male legit סܘܚܘܬ pro סܘܚܘܬ), ut ibid. p. 246. Vid. Chrestom. meam syr., glossar. p. 59. Roeb.]
- בוּם — B. בוּם ex duriore בוּם ortum et a rad. בוּם ducendum, ut δόμος, *domus*, a δέω, et, si formam spectas, ut אִישׁ ab אָישׁ, אָישׁ, אָישׁ, אָישׁ autem pro radice secundaria habenda. Cf. Lex. man. Ceterum adde phoen. בוּם domus, monum. phoen. p. 348. Ges.
- P. 192. A. בוּם num. 4: Zach. VII, 2 בוּם-בוּם potius urbs *Bethel* est, intelligendisque eius incolae *Bethelenses*. Vid. Hitzig. ad b. I. Ges.
- P. 193. A. בוּם num. 8. [Ad hanc vocis בוּם ad spatium interius translationem praepositionisque בְּ derivationem inde factam appropinquat quadrag. adverbiorum graecorum ἐδοῦν et ἐδοῦν, si modo vera est ingeniosa Pottii coniectura (Etymol. Forschungen I. p. 261), qui illa ad δῶ = δόμος pertinere idemque vocabulum fortasse in goth. du, angl. to et germ. zu messe arbitratur. Roeb.]
- P. 193. B. בוּם n. pr. explicata domum vanitatis i. e. idolotum. Ges. [בוּם ubique nomen Bethelis esse evicit C. A. Grai in Theol. Stud. u. Krit. 1854. p. 851 sup. Roeb.]
- P. 194. A. בוּם n. pr. De rubis huius urbis hodie *Beitū* dicitur vid. Robins. Palaest. II. p. 340 sq. Ges.
- - בוּם. Scrib.: בוּם.
- - בוּם. Scrib.: בוּם.
- B. בוּם significat domum ab lactati, nam retributo est בוּם. Ges.
- - בוּם. Nomen antiquum servatum videtur in *Abū Haġla, Kasr Haġla*, vid. Robinson. Palaest. II. p. 509. Ges.
- P. 195. A. בוּם. Duo haec oppida etiamnum nomen oppidorum gerunt, unum, quod in monte situm est. *Beit-Ūr et-fāhā* بيت عور الفوه (superius), alterum, quod in valle, *Beit-Ūr et-tahā* بيت عور التحت (inferius): inter utrumque est ascensus acclivis et angustus (in בוּם Jos. X, 10, בְּבוּם ib. vs. 11. 1 Macr. III, 16. 24). Et oppida et angustias hodie transeunt, qui Kaula Hierosolymam proficiuntur. Vid. Robinson. Palaest. III, 273 sup. Nomen hodiernum, licet aliquatenus mutatum (בוּם pro בוּם), primum inter itineratores nostri temporis ad antiquum oppidum pertinere perspexit Clarke (Travels P. II. vol. 1. p. 628 sq. ed. in 4^{to}). Nomen *Beit-Horon* etiam in monumentis aegyptiacis comparat, v. Champoll. gramm. égypt. p. 160. Ges. [Add. Williams the Holy City I. p. 11. ed. 2. Roeb.]
- - בוּם n. pr. Cf. Hamaker de vit. prophet. p. 194. Ges.
- - בוּם n. pr. [Hoc oppidum in monte situm fuisse, qui hodie „der Frankenberg“, ab Arabibus *el-Fareidis* appellatur, Rich. Pocockius contendit, J. Wilson defendit (The Lands of the Bible I. 396). Roeb.]
- - בוּם a) oppidum iudae. [Vid. librum: Bethlelem in Palaestina . . . geschildert von Dr. Titus Tobler. St. Gallen 1849. S. Roeb.]
- B. בוּם oppidum Schulonitarum. [Et hoc oppidum hodie existat, visum ab Eduardo Robinsono in itinere secundo anno 1852 facto, v. Zeitschrift der D. Morgenl. Ges. VII, p. 46. Roeb.]
- - בוּם n. pr. [Hodie vicus *Amkah* عمقه, v. Robinson in Zeitschr. der D. S. Ges. VII, p. 45. Roeb.]
- - בוּם n. pr. [Hodie *Beit-ʿAmin* بيت عمنون, v. Robinson. Palaest. II. p. 412. J. Wilson the Lands of the Bible I. p. 384. Wolcott in Biblioth. sacra vol. I. p. 58. Roeb.]
- P. 196. A. בוּם n. pr. [Situs huius loci bene definitur cl. Robinsonus (Palaest. I. 360) prope ed-Burweh, ubi extant ruinae, quae *Beit Sur* بيت صور vocantur (v. Wolcott in Biblioth. sacra 1843. I. p. 56).

- Cf. John Wilson the Lands of the Bible I, 385. RoED.]
- P. 196. A. בית תִּשְׁבֵּץ n. pr. Hanc urbem recte agnovit Robinsonus in ruinis prope vicum *Ain Schems* conspicuis (Palaest. III, 224 sqq.). In nomine hodierno عین شمس (i. e. fons solis, quamquam fons ibi non invenitur) certe pars veteris nominis servata est. Eandem urbem habuisse nomen תִּשְׁבֵּץ (v. p. 196. B. lin. 6), contra Relandum (Pal. p. 168. 656) Robinsonus demonstravit l. l. p. 226 sq. Ges.
- - תִּשְׁבֵּץ n. pr. [hodie vicus Tefüh תִּשְׁבֵּץ] v. Robins. Palaest. II, 700. RoED.]
- P. 197. B. lin. 22 scrib.: Ps. XXII, 7. Ges.
- B. extr. leg.: cf. supra v. בג p. 177. B. Ges.
- P. 199. A. lin. 7 scrib.: Exod. XIV, 7 pro Iudd. XIV, 7. Ges.
- P. 203. A. lin. 30: Verba יִתְבַּחֵן לֵב, XI, 11 verte: (peccatum) *quod ne animadverbit quidem* ullus hominum. Ges.
- - יִתְבַּחֵן Dan. VIII, 16 inter Eulaeum fluvium, puta, inter utramque eius ripam, vel sequere Ch. Bened. Michaelis sententiam, qui, Forte, inquit, Eulaeus ibi flexuosus aut in duo pluraque brachia scissus erat, ita ut loquens visus fuerit *medio inter fluvius illos aut brachia loco* constitisse. Ges.
- P. 204. B. בִּירָה. Cf. Benfey Monatsnamen p. 192. Ges.
- - בִּירָה, quae fortasse hic quaeris, vid. s. rad. בָּאָר p. 176 ibique Add. RoED.]
- P. 205. A. אֶמְקָא עֵמֶק תְּבֵרָא fortasse nomen plantitiei fuit prope planitiem Replaim, ad hanc enim regionem spectat commemoratio fruticum בְּבָאִים 2 Sam. V, 22—24. Nomen igitur habuisse videtur ab illo frutice, quamquam facile concedi potest, poetam Ps. LXXXIV, 7 ad plorationis significatum alludere. Ges. [Abulwalid. בְּבָאִים exponit מֹרֶס *morus*: quod arbitrarium est. RoED.]
- P. 206. A. בָּרַב pr. *fidū*, prorupit, i. q. affine בָּרַב. Ges. lex. man.
- P. 207. B. בְּלָדָה n. pr. contr. ex בְּלָדָה filius litus, litigator, v. בְּרָדָה p. 349. A. Ges.
- P. 210. A. אֶמְסַלְלָא מֶלֶךְ אֱמִיִּי. Not. [Bar-Bahluli verba אֱמִיִּי verte: *et suntum est* (hoc nomen אֱמִיִּי) *de voce אֱמִי* (i. e. אֱמִי). RoED.]
- B. בְּלָדָה num. 3. Locum Jes. X, 4 infra s. rad. בָּרַב p. 315 retractavit Ges.
- P. 211. B. בָּבֶל. [In inscriptionibus cuneatis vet. Pers. nomen Babel est *Babirus*, in babilonicis auctore Opperto (in Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. VIII. 1854. p. 595) *Babilu*, scriptum quattuor litterarum elementis, quorum primum notat portam (בָּב), talm. בְּבָא), alterum signum est dei (*ilu* = אֱלֹהִים), tertium Saturni, quartum denique notionem urbis exprimit, ita ut significatio nominis sit: *porta dei Saturni*. — Istakhrī, Ibn Haukali et Jakuti temporibus parvum oppidum بَابِل nomen gerens adhuc extabat prope ruinas veteris urbis, v. Istakhrī ed. Moeller. p. 49. lin. 8. Ibn Haukal apud Abulfilad ed. Paris. p. 304. Lex. geogr. Marāsid ed. Jaynholi. T. I. p. 113. Ruinas urbis nuper descriperunt Layard discoveries in the ruins of Nineveh and Babylon, Lond. 1853. 8., p. 530 sqq., Fresnel in Journ. asiat. 5. ser. T. I. et II. 1853. RoED.]
- P. 212. B. תְּבֵרָה [sic enim scriptum extat Ps. LVIII, 9, non תְּבֵרָה, ab Abulwalide exponitur حِلْزَان *limax*, a Tauchumo in lex. talmud. Murschid limax certe planis verbis describitur. RoED.]
- P. 213. A. תְּבֵרָה. Locus talmudicus ab Abulwalide allatus non Gemarae est, sed Miscbn. Bechoroth VI, 2.
- B. בָּלָם. [Interpretamentum *χαμαίων σακαμβύρος* Theodotianis est, Symmachus explicat: *sycomoros* habens, ut Chaldaeus. RoED.]
- Radices a לֵעָ ordientes non sub לָעָ, sed sub לָעָ congregavit Ges.
- P. 214. B. בְּרָהּ n. pr., contr. ex בְּרָהּ i. e. filius lingua, loquax, v. בְּרָהּ p. 349. A. Ges.
- P. 215. A. בְּרָהּ (contr. ex בְּרָהּ filius circumcisionis i. e. circumciscus, cf. בְּרָהּ p. 349. A.) n. pr. m. 1 Par. VII, 33. Ges. lex. man.
- P. 220. A. בְּרָהּ num. 10: De בְּרָהּ Gen. XLIX, 22 alter statuit Ges. s. rad. בְּרָהּ no. 1. p. 1176.
- B. בְּרָהּ n. pr. De vico Jehna vid. Irby and Mangles travels p. 182. Correspondance d'Orient V. p. 373 sq. Ges. [Cf. Robins. Pal. III. p. 230. RoED.]
- - בְּרָהּ num. 1 [idem oppidum videtur fuisse, quod alibi בְּרָהּ vocatur. RoED.]
- P. 222. B. בִּי. In Targg. non solum בְּבֵי adhibetur, sed etiam בְּבֵי cum venia a te Gen. XLIII, 19. XLIV, 18. Ex. XXXII, 31 Pseudoj. Cf. talmud. בְּבֵי id., et בְּבֵי מִטָּה petit veniam Ps. LXXII, 11 Targg. Ges. [Adde sententiam Ewaldi Lehrb. d. hebr. Spr. §. 101, c., qui בִּי curtatum dicit ex אֲבִי particula, cf. supra Add. ad p. 8. B., et Maureri, qui בִּי breviter dictum putat pro שְׁמֵי אֲבִי *audi me*. RoED.]
- P. 223. A. lin. 9 scrib.: שְׂדֵהֶם. Ges.
- P. 224. A. lin. 13 dele verba: „Sed non — dantur.“ Nam בְּבֵי apud Onkelosum potest esse i. q. בְּבֵי princeps sacerdotum. — Ibid. בְּבֵי num. 2: Cf. sanscr. *pati* dominus, maritus. Ges.
- - בְּבֵי num. 4: [Hoc sensu frequentatur aeth. ባለ: et amhar. ባለ. (Isenberg. diction. I. amhar. p. 83, item pers. خدایند, v. e. خدایند ای. i. e. hoc morbo praeditus. RoED.]
- B. בְּבֵי num. 5. *Baal*: vid. Monumm. phoenic. p. 348, Münter Religion der Babylonier p. 16 sqq., Movers die Phönizier I. p. 169 sqq. Ges.
- P. 225. A. בְּבֵי vid. בְּבֵי p. 4119.

- P. 226. B. lin. 21 scrib.: composita. Ges.
 — - בְּלִשְׁאֲזַר [In inscriptione quadam Babylonica Rawlinson invenit nomen *Bel-schar-zar* (vel *Bel-sar-ussur*, ut legit Oppertus, v. *Zeitschr. der D. Morgenl. Ges.* vol. VIII. p. 598), ut filii regis Nabonnedi. Hinc ille argute concludit, Belsazarum, qui forte urbi praefectus fuerit, ad hostibus interfectum esse (ut est in libro Daniehs). ipsum vero regem, ut narret Berossus, Borsippam (i. e. hodie-rum Birs Nimrud) fugisse et superstemt mansisse. Vid. litteras Rawlinsoni in Athenaeo Londinensi 1854. mens. Mart. p. 341. Sed tamen restat altera difficultas, quod Belsazar in libro Dan. V, 2. 11. 13. 18. 22, ut Baruch. I, 11. 12, filius non Nabonnedi, sed Nebucadnezaris exhibetur. RoED.]
- בצע P. 228. B. lin. 19 inf. scrib.: *commiue* ea. Ges.
 בצק P. 230. A. בְּצֻקָּתָא n. pr. i. e. terra lapidosa, quae se tollit. Ges.
 בצר — B. גְּצָרָא. Glossam Abulwalidis ex hoc loco transcripsit Fuerstius in Concordant. hebr. Ges. [et quidem cum sphalmate فَاغْفَصَا, ubi scribendum erat وَالْفَصَا, pro فَاغْفَا recte posuit حدًا, male autem אֶלְלַפְטָא וְכֵן אֶלְלַפְטָא. RoED.]
- P. 231. A. בְּצֻקָּתָא num. 2. Bosram, Idumaeae urbem primariam, non eandem cum Anrauitica Bostra, sed intra ipsos Idumaeorum fines et eo quidem loco sitam fuisse, ubi nunc extat vicus parvus *Busairae* nomine (بُصَيْرِي demin. vocis بَصِيرِي), Ramerit, Iltizigii, Robinsoni (Palaeost. III, 125) aliorumque sententia est, eaque mihi quoque nunc probata. Ges. Cf. Lex. man.
 — - בְּצָרָא m., semel construitur cum fem. ad analogiam vocis יָצַר IIab. I, 10. Ges.
- בקק P. 233. A. בְּקָקָה corrige: בְּקָקָה. Ges.
 — - בְּבָקָה. Cod. Samar. ter cum art. היבק. Ges.
 בקר P. 234. A. lin. 8 lege: iisque femininis. Ges.
 — - בְּקָרָה: de tempore antelucano Ruth. III, 14. Ges.
- ברה P. 238. A. בְּרִיתָא. Hand spernenda est sententia a Sam. Lee commendata (lex. hebr. li. v.), בְּרִיתָא proprie non aliud esse atque *coenam, convivium*, a rad. בְּרָה no. 2, quandoquidem *coenari cum aliquo* in Oriente idem fere sit atque amicitium cum eo iungere. In ipsis foederibus iungendis epulatos esse Hebraeos apparet ex Gen. XXXI, 54: bene etiam hoc modo explicatur, quid sit בְּרִיתָא מְזֻנָה (pr. *comestio*) salis, v. מְזֻנָה n. 790. A. Ges. cf. Lex. man.
